

unum sacramentum salutis humanae unâ totius mundi confessione teneatur, Datum XVI (XVII) kalendas augustas Valentiniano Augusto VII et Avieno viris clarissimis consulibus, aera qua supra.

causa se habia congregado en Roma, pide en union mia que vuestra clemencia permita que reuniéndose todos aquellos que por ignorancia ó terror han apostatado, se mire por su correccion, no siendo en adelante á nadie licito hablar del concilio de Nicea, si opina en contra de su fé: porque ha de aprovechar á toda la iglesia y á vuestro imperio que un solo Dios y una fé y un solo sacramento de la salud humana se prediquen por la confesion de todo el mundo. Escrita el dia 17 de Julio, en el consulado de los clarísimos varones Valentiniano por siete veces, y Avieno, (año 450 de Jesucristo) en la era puesta arriba.

XLVI.

EPISTOLA LEONIS AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

PRO HIS QUAE SUPERIUS A THEODOSIO AUGUSTO POSTULAVÉRIT.

LEO EPISCOPUS PULCHERIAE AUGUSTAE.

Gaudeo fidei clementiae vestrae, quòd religiosum studium dignanter impenditis, ut pax ecclesiastica renovetur, quae quorundam dissensionibus videtur (*videbatur*) esse turbata. Debetur enim hoc vestrae specialiter gloriae, ut ablatis omnibus scandalis, quae contra catholicam fidem inimicus excitaverat (*extruxerat*), una eademque sit per totum mundum confessio veritatis, quae facilius certiisque reparabitur, si pravorum sensuum nulla semina, nulla vestigia relinquuntur. Quod tamen mearum partium est praeterire non debeo, ut scilicet, quod (*quid*) de incarnatione Filii Dei a Constantinopolitano episcopo teneatur, agnoscam; praesertim quum in ordinatione ipsius dura (*plura*) praecesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quae illum a contagione hujus, qui nuper emersit, erroris alienum evidenter ostenderint. Optans itaque securam cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternae caritatis impendere, scribere ei interim distuli, non dilectionem negans, sed manifestationem catholicae veritatis expectans. Simplex enim est, absolutumque quod posco, ut remoto longarum dispositionum labore, sanctae memoriae Cyrilli Alexandrini episcopi epistolae, quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat, in qua et errorem Nestorii arguit, et fidem Nicaenae definitionis exposuit; vel etiam epistolae meae, quae

EPISTOLA DE LEON A LA EMPERATRIZ PULCHERIA.

RECOMENDANDO LAS PETICIONES QUE EN LA ANTERIOR HIZO AL EMPERADOR THEODOSIO.

EL OBISPO LEON Á LA EMPERATRIZ PULCHERIA.

Me alegro por la fé de vuestra clemencia, porque dignamente os ocupais de la religion, para que se restablezca la paz eclesiástica, que parecia alterada por las disensiones de algunos. Se debe pues especialmente á vuestra gloria el que terminados todos los escándalos que en contra de la fé católica habia movido el enemigo, sea una é idéntica en todo el mundo la confesion de la verdad, la cual se restablecerá con mas facilidad y certeza, si no se dejan ningunas semillas ni vestigios de malas doctrinas. Sin embargo no debo pasar en silencio, lo que es de mi obligacion, á saber, el deseo que tengo de conocer lo que el obispo de Constantinopla piensa acerca de la Encarnacion del Hijo de Dios, en especial habiendo ocurrido en su ordenacion cosas duras, y debiendo habernos escrito de modo que su carta nos hubiera manifestado con evidencia que se encontraba libre del error que nació hace poco. Así pues, deseando tener con él una estable concordia, y concederle la gracia de la fraternal caridad, he diferido el escribirle, no porque en el ínterin le niegue la caridad, sino esperando la profesion que haga de la verdad católica. Es pues una cosa sencilla y absoluta lo que pido, á saber, que ahorrando el trabajo de largas disputas, se tranquilice con la admision de la carta del obispo

ad sanctae recordationis Flavianum episcopum est directa, consentiat. Quibus vigilanter (*diligenter*) inspectis Constantinopolitanus antistes repudiandum sibi, quod ausus (*ausa*) est contra puram et singularem fidem imperita insipientia definere, incunctanter agnoscat, quia et mea et sanctorum patrum de incarnatione Domini concors per omnia una confessio est. Quam si quis existimaverit non sequendam, ipse se a compage catholicae unitatis abscindet, quum tamen nos, ut in integrum omnia revocentur, optemus. Ad effectum verò salubrium dispositionum velocius obtinendum fratres, et coepiscopos meos Abundium et Asterium, sed et Basilium, et Senatorem presbyteros probatissimos viros nisi, qui clementiae vestrae formam fidei, quam secundum doctrinam venerabilium patrum praedicamus, offerrent, et remotis circumloquutionibus, quibus obscurari veritas solet, quid de incarnatione filii Dei a totius orbis probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent. Quos post divinam gratiam sancto vestrae pietatis auxilio dignum est adjuvari, ne in totius ecclesiae perturbationem imprudens (*impudens*) procedat intentio (*contentio*), quum correctione adhibita omnes oporteat in unius confessionis redire concordiam. A qua si forsitan ab aliquibus discrepat, universale concilium sacerdotum haberi intra Italiam, clementia vestra adnitente (*annuente*), jubeatur, quo remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coerceri debeat, aut sanari. Datum XIII kalendas augustas Valentiniano Augusto VII et Avieno viris clarissimis consulibus;

de Alejandria Cirilo, de santa memoria, escrita á Nestorio, en que le acusó del error de este, y le espuso la fé del concilio de Nicea; ó sino, que consienta con la doctrina de mi carta, remitida al obispo Flaviano, de feliz memoria. É inspeccionadas con cuidado, el prelado de Constantinopla reconozca inmediatamente que debe repudiar lo que se atrevió á definir con ignorancia necia en contra de la pura y única fé; porque mi confesion y la de los santos Padres acerca de la Encarnacion del Señor están completamente de acuerdo. Y si alguno juzgare que no debe seguirla, él mismo se separará de la reunion de la unidad católica. Y para obtener con mas prontitud el efecto de las saludables disposiciones he enviado á los hermanos y coepiscopos míos Abundio y Asterio, y á los presbíteros Basilio y Senator, varones de muchísima probidad, quienes ofrecerán á vuestra clemencia la fórmula de fé que predicamos, conforme á la doctrina de los venerables Padres, y prescindiendo de los rodeos con que suele oscurecerse la verdad, manifestarán qué es lo que acerca de la Encarnacion del Hijo de Dios se ha defendido por los buenos sacerdotes en todo el mundo; quienes ademas de la divina gracia merecen que se los ayude con el santo auxilio de vuestra piedad; no sea que un empeño imprudente trastorne toda la iglesia; siendo por el contrario conveniente que todos vuelvan á la concordia de una sola confesion, despues de haber sido corregidos. De cuya fé si por casualidad algunos se separan, mándese por intercesion de vuestra clemencia, que se celebre dentro de Italia un concilio universal de todos los sacerdotes: en el que desechadas las falacias se patentice por último en una discusion mas elevada qué es lo que debe castigarse ó sanarse. Escrita el 20 de Julio, en el consulado de los clarísimos varones, el emperador Valentiniano por siete veces y Avieno. (Año 430 de Jesucristo).

XLVII.

EPISTOLA LEONIS AD FAUSTUM ET MARTINUM (1) CETEROSQUE PRESBYTEROS.

LEO EPISCOPUS, FAUSTO, MARTINO, PETRO, MANUELI, JOB, ANTHIOCO (a), ABRAAMIO (2), THEODORO, PIEN- TIO, EUSEBIO, HELPIDIO, PAULO, ASTERIO, ET CA- ROSO PRESBYTERIS ET ARCHIMANDRITIS, ET JACOBO DIA- CONO ET ARCHIMANDRITAE.

Causa fidei, in qua salus christiana consistit, multa sollicitudine laborare compellit metuentem, ne pravitas, quae in suis fuerat amputanda princi- piis, processu temporis et pertinacior fiat et (b) latior. Nam quum clementissimus imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus sollicitudinem suam pro pace universalis ecclesiae demonstraret, ipse Constantinopolitanus episcopus, et hi qui eumdem consecrarunt praeter id, quod ad ordinationem novi antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicarunt, quasi in illa eccle- sia nullum scandalum, nulla extitisset offensio, aut non hinc praecipuè fuerint ordinati meritum demonstrandum, si aliena a se, quae catholicorum sensibus sunt adversa, docuisset. Ne ergo, quod inter longinquas regiones accidere solet, in nimias dilationes tenderent veritatis examina, fratres et coepiscopos nostros Abundium et Asterium sed et Basilium et Senatorem presbyteros probatissimos viros ad piissimum principem cum sufficienti pa- ternarum auctoritatum instructione direximus; quos in omnibus, fratres carissimi, diligentia ac sollicitudine vestra cupimus adjuvari, ut impietas, quae caecis ausibus in exitialia abrupta pro- cessit, simplices quoque (*quosque*) decipiendi ulte- rius non habeat potestatem, quum altiore (*aptiore*) medicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia subveniri, qui aut imperitia sunt lapsi aut errore traducti. Et ideo vos, qui justificami- ni per fidem, qui catholicam diligitis veritatem, et de singulari sacramento salutis humanae per Spiritum Sanctum estis edocti, collaborate nobis- cum, et quanta potestis devotione id (3) agite, ut falsitate destructa et fidei soliditate defensa, secu- ra per totum mundum Dei pace potiamur. Datum

EPÍSTOLA DE LEON A FAUSTO, MARTIN Y OTROS PRESBITEROS.

EL OBISPO LEON A FAUSTO, MARTIN, PEDRO, MANUEL, JOB, ANTIOCO, ABRAHAM, TEODORO, PIENCIO, EUSEBIO, HELPIDIO, PAULO, ÁSTERIO Y CAROSO, PRESBITEROS Y ARCHIMANDRITAS, Y A JACOB, DIÁCONO Y ARCHIMANDRITA.

La causa de la fé en la que consiste la salud cris- tiana, me impulsa á que trabaje con gran esmero; temiendo que la maldad que debia haber sido ter- minada en sus principios, con el trascurso del tiempo se haga mas pertinaz y estensa. Pues ha- biéndonos escrito el emperador clementísimo de- mostrándonos su solicitud por la paz de la iglesia universal, el mismo obispo de Constantinopla y los que le consagraron, á escepcion de lo relativo á la ordenacion de nuevo sacerdote, nada nos han dicho acerca de haber reprimido ó abjurado los errores; como si en aquella iglesia no hubiera existido nin- gun escándalo ni ofensa, ó como si no debiera ha- berse patentizado principalmente el mérito del or- denado, para saber si ha enseñado alguna cosa agena de sí, y que sea contraria á las doctrinas canónicas. Mas para que, como sucede entre regiones muy se- paradas, el exámen de la verdad no sufra es- traordinarias dilaciones, hemos enviado con copia suficiente de autoridades de los Padres á los herma- nos y coepiscopos nuestros Abundio y Asterio, y á los presbíteros muy experimentados Basilio y Se- nator ante el príncipe piadosísimo: á quienes, her- manos carísimos, deseamos que ayudeis en todo con vuestra solicitud y diligencia, para que la im- piedad que ciegame se lanzó á las cosas perju- diciales, no tenga en adelante facultad para enga- ñar á los sencillos; siendo así que deseamos socorrer con los remedios de la correccion, empleando me- dicina mas eficaz, tanto á los que han caido por impericia, quanto á los lapsos por error. Por lo cual, vosotros que sois justificados por la fé, que amais la verdad católica, y estais imbuidos en la doctrina del sacramento singular de la salud humana por el Espí- ritu Santo, ayudadnos en cuanto podais, y haced

(1) Esc. 4. Tol. 1. Martianum.....Martiano.
(a) Anthiochoo, Vivantiaco.
(2) Esc. 4. Tol. 1. 2. Abraam, Illo, Theodoro.

(b) *Perniciosior fiat et altior.*
(3) *Em. id per totum agite.*

XVI kalendas augustas, Valentiniano Augusto se-
xiēs, Avieno viris clarissimis consulibus,

que destruida la falsedad, y defendida la solidez de
la fé, gocemos en todo el mundo de la paz segura de
Dios. Dada el dia 17 de Julio, en el consulado de
los clarísimos varones el emperador Valentiniano
por seis veces y Avieno. (Año 450 de Jesucristo)

XLVIII.

EPISTOLA LEONIS AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

EPISTOLA DEL PAPA LEON A LA EMPERATRIZ PUL-
CHERIA.

UBI EI GRATIAS AGIT QUOD NESTORIANAM
ET EUTICHIANAM HAERESEM FIDEI DEFEN-
SIONE DESTRUXERIT.

EN LA QUE LA DA GRACIAS, PORQUE CON LA
DEFENSA DE LA FÉ HA DESTRUIDO LAS HE-
REGÍAS NESTORIANA Y EUTIQUIANA.

LEO EPISCOPUS PULCHERIAE AUGUSTAE.

EL OBISPO LEON Á LA EMPERATRIZ PULCHERIA.

Quod semper de sancta pietatis vestrae mente
praesumpsimus, id plenissimè experiendo cognovi-
mus, christianam fidem, quamvis diversis pravorum
adpeteretur insidiis, vobis tamen praesentibus
et in defensionem ejus a Domino praeparatis
non posse turbari. Non enim Deus aut suae mi-
sericordiae (*fidei*) sacramentum, aut vestri labo-
ris deserit meritum, quo dudum subdolum sanc-
tae religionis hostem ab ipsis visceribus ecclesiae
depulistis, quum haeresem suam tueri impietas
Nestoriana non potuit, quia non fefellit famulam et
discipulam veritatis, quantum simplicibus infun-
deretur veneni per illa loquacis hominis colorata
mendacia. De quo virtutum agone processit, ut per
sollicitudinem vestram ea, quae per Eutichetem
diabolus molitus est, non laterent, qui sibi singulas
partes geminae impietatis elegerant una catholicae
fidei virtute procumberent. Secunda ergo haec vobis
de perempto Eutichetis errore victoria est, quem
si quid sani cordis habuisset, dudum in auctoribus
suis perculsum, olimque prostratum facilè potue-
rat declinare, ne de sepultis cineribus rediviva
tentaret incendia commovere, ut in eorum transi-
ret consortium, quorum sequutus esset exemplum,
gloriosissima Augusta. Libet igitur exultare cum
gaudio, et pro vestrae clementiae prosperitate dig-
na Deo vota persolvere, qui vobis (*tibi*) per om-
nes partes mundi, in quibus Domini evangelium
praedicatur, duplicem (*duplicis gloriae*) jam et pal-
mam contulit et coronam. Clementia igitur vestra
cognoscat omnem Romanam ecclesiam de univer-
sis fidei vestrae operibus plurimùm gratulari: sive
quòd legationem nostram pio per omnia juvistis
affectu, et quòd sacerdotes catholicos, qui de eccle-

Hemos tocado plenísimamente por esperiencia lo
que siempre habíamos presumido acerca de la santa
intencion de vuestra piedad, á saber, que la fé cris-
tiana, aunque tenia puestas asechanzas diversas por
los malignos, sin embargo, gracias á vuestra pre-
sencia, y preparada por el Señor para su defensa,
no ha podido ser alterada; pues que Dios no des-
ampara el sacramento de su misericordia ó el mé-
rito de vuestro trabajo, en virtud del cual antes
espelísteis al astuto enemigo de la santa religion
de las mismas entrañas de la iglesia, no habiendo
podido la impiedad nestoriana defender su heregia,
porque no se ocultó á la sierva y discípula de la
verdad la dosis tan grande de veneno que se infil-
traba en los sencillos por aquellas mentiras doradas
de un hombre locuaz. De cuya competencia de
virtudes resultó que mediante vuestra solicitud no
se ocultaron las cosas que el diablo tramó, valién-
dose de Eutiches, y que los que habian elegido
para sí cada una de las partes de la doble impiedad
cayesen por la sola virtud de la fé católica. La se-
gunda victoria que habeis conseguido, emperatriz
gloriosísima, ha sido sobre el error de Eutiches,
quien si hubiese tenido sano corazon, fácilmente
hubiera podido declinar el dogma ya combatido en
sus autores y postrado en otro tiempo, no intentan-
do conmovier incendios vivificantes en las muertas
cenizas, para pasar á la compañía de aquellos, cuyo
ejemplo hubiera seguido. Gusta pues regocijarse y
hacer á Dios votos dignos por la prosperidad de
vuestra clemencia, la cual os ha concedido doble pal-
ma y corona en todas las partes del mundo en que
se predica el evangelio del Señor. Debe pues tener
entendido vuestra clemencia, que toda la iglesia

siis injusta fuerant ejecti sententia, reduxistis, siue quòd reliquias sanctae memoriae Flaviani innocentis et catholici sacerdotis ad ecclesiam, cui bene praefuit fecistis honore debito revocari. In quibus utique omnibus gloriae vestrae multiplicatur augmentum, dum et sanctos pro suis meritis veneramini, et ab agro dominico spinas et tribulos vultis auferri. Quosdam sanè episcopos de his, qui rebus impiis videntur praebuisse consensum, reconciliationem poscere, et catholicorum communionem desiderare tam nostrorum, quam fratris et coepiscopi mei Anatolii, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognovimus, quorum desideriis sic praebemus effectum, ut correctis et quae malè sunt facta propria subscriptione damnantibus, participatâ nostrorum, quos misimus, curâ cum supradicto episcopo pacis gratia tribuatur, quia devotionis utrumque est christianae, ut et pertinaces veritas (*severitas*) justa coërceat, et conversos caritas non repellat. Quia verò novimus quantum piaae sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere, indicandum esse curavimus fratrem et coepiscopum meum (*nostrum*) Eusebium nobiscum degere, et nostrae communionis esse consortem, cujus commendamus ecclesiam, quam dicitur vastare qui illi injustè adseritur subrogatus: illud etiam a vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem et coepiscopum meum Julianum, quam Constantinopolitanos clericos, qui sanctae memoriae Flaviano fidelibus officiis adhaeserunt, ea, qua debetis, gratia foveatis. De omnibus verò pietatem vestram per nostros quid fieri aut ordinari deberet instruximus. Datum idus aprilis, Adelphio viro clarissimo consule, aera CCCCLXXXVIII.

romana os da el mas sincero parabien por todas las obras de vuestra fé; ya por haber ayudado á nuestros legados con afecto piadoso en todo lo que necesitaron, y hecho volver á los sacerdotes católicos que injustamente habian sido arrojados de sus iglesias, ya tambien por haber mandado conducir con el debido honor las reliquias del inocente y católico sacerdote Flaviano, de santa memoria, á la iglesia á que tan dignamente presidió. En todas estas cosas se multiplica vuestra gloria, venerando á los santos por sus méritos, y queriendo arrancar del campo del Señor las espinas y malezas. En efecto, sabemos que algunos obispos de aquellos que parece haber consentido con la impiedad, piden la reconciliacion, y desean la comunion de los católicos, segun nos han informado los nuestros y mi hermano y coepiscopo Anatolio á quien os dignais creer; á cuyos deseos condescendemos, siempre que estén corregidos, y condenen con su firma propia quanto malo se hizo; porque es una cualidad peculiar del cristianismo que la justa verdad castigue á los pertinaces, y que la caridad no deseché á los convertidos. Y porque sabemos cuanta piedad vuestra mansedumbre se digna demostrar en favor de los sacerdotes católicos, hemos cuidado que se os noticie que mi hermano y coepiscopo Eusebio vive en nuestra compañía y participa de nuestra comunion, cuya iglesia recomendamos, y la que se dice estar destruyendo el que se afirmó haber sido puesto en su lugar injustamente. Tambien pedimos á vuestra piedad, lo que no dudamos otorgará espontáneamente, que dispense la gracia que debe tanto á mi hermano y coepiscopo Julian, quanto á los clérigos de Constantinopla que fueron fieles á Flaviano, de santa memoria. De todo lo que debe hacerse ú ordenarse hemos instruido á vuestra piedad por medio de nuestros legados. Escrita el 13 de Abril, en el consulado del varon clarisimo Adelfio, era CDLXXXIX (*Año de Jesucristo 451*).

XLIX.

EPISTOLA LEONIS AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

LEO EPISCOPUS ANATOLIO EPISCOPO.

I.

De fide ejus, scriptis missis probata.

Gaudeamus in Domino, et in dono gratiae ipsius gloriemur, quia sicut dilectionis tuae litteris, et fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognovimus, sequacem te evangelicae eruditionis ostendis, ut per sacerdotis probabilem fidem meritò praesumamus, quòd tota ecclesia eidem credita nec rugam cujusquam sit erroris habitura, nec maculam, dicente Apostolo: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Illa est enim virgo ecclesia sponsa unius viri Christi, quae nullo se patitur errore vitari, ut per totum mundum una nobis sit unius castae communionis integritas, in qua societatem tuae dilectionis amplectimur, et gestorum, quae sumpsimus, seriem necessariis, sicut oportuit, munitam subscriptionibus approbamus. Ut ergo invicem dilectionis tuae animus nostris confirmaretur alloquiis, filios nostros Carterium (*Casterium, Castorium*) presbyterum, Patricium, et Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua scripta (1) detulerunt, cum epistolis nostris post venerabilem diem festi paschalis emisimus, indicantes nos, ut supra diximus, de Constantinopolitanae ecclesiae pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus: ut eam nulla velimus haereticorum fraude violari.

II.

De his qui metu (a) in haeresem lapsi sunt; si conversi fuerint, recipiantur.

De fratribus verò, quos et epistolis (*tuis*), et legatorum nostrorum relatione communionis nostrae

(1) Ex reliquis praeter Aly. in quo: *subscripta.*
(a) De his qui metu turbati in haeresim lapsi sunt, et, si

EPISTOLA DE LEON A ANATOLIO DE CONSTANTINOPLA.

EL OBISPO LEON AL OBISPO ANATOLIO.

I.

De la fé de este probada en los escritos que remitió.

Alegrémonos en el Señor, y glorifiquémonos en el don de su gracia; porque segun hemos conocido por la carta de vuestra caridad y por la relacion de nuestros hermanos enviados á Constantinopla, te muestras tan partidario de la doctrina evangelica, que con razon presumimos, atendiendo á la recta fé del sacerdote, que toda la iglesia encargada á él no ha de consentir arruga, error ni mancha, pues dice el Apóstol: *Os he desposado con Cristo, para presentaros como virgen pura al único Esposo.* Y aquella virgen es la iglesia, esposa de solo Jesucristo, que no permite ser viciada con ningun error; para que en todo el mundo sea entre nosotros una la integridad de una sola casta comunion, en la que comprendemos la sociedad de tu caridad, y aprobamos la serie de los hechos, que hemos tomado, apoyada, como conviene, con las firmas necesarias. Y para que el ánimo de tu caridad fuese confirmado mútuamente con nuestras palabras, hemos despachado con cartas nuestras despues del venerable dia de la fiesta de pascua, á nuestros hijos, el presbítero Carterio, y los diáconos Patricio y Asclepiades, que nos trajeron tu carta, indicándoles, segun arriba hemos dicho, que nos alegrábamos de la paz de la iglesia de Constantinopla, de la que siempre nos hemos ocupado, no queriendo que sea alterada por ningun fraude de los hereges.

II.

Que se admita á los que por miedo cayeron en la heregia, si se convierten.

Acerca de los hermanos, de quienes sabemos por las cartas y por relacion de nuestros lega-

conversi fuerint, ad communionem admittantur.

cupidos esse cognovimus, eo quod doleant se contra potentiam contraque terrores non tenuisse constantiam, et (sed) alieno scelere praebuisse consensum, quum ita eos formido turbasset, ut in damnationem catholici atque innocentis antistitis, et in receptionem detestabilis pravitatis trepido famularentur obsequio, illud quidem, quod praesentibus et agentibus nostris constitutum est, approbamus, ut suarum interim ecclesiarum essent communionem contenti. Sed cum legatis nostris, quos misimus, participata tecum sollicitudine volumus (volumus), disponatur; quatenus hi, qui plenis satisfactionibus malè gesta condemnant et accusare magis se eligunt quàm tueri, pacis et communionis nostrae unitate laentur; ita ut digno prius anathemate, quae contra fidem catholicam sunt recepta, damnentur. Aliter enim in ecclesia Dei, quae corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia nec vera sacrificia, nisi in nostrae proprietate naturae verus nos pontifex reconciliat, verus immaculati agni sanguis emundat. Qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur, dicente Apostolo: *Christus Jesus, qui mortuus est, immo qui et resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis*. Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi, quum satisfactos recipimus, quos doluimus esse deceptos. Nec asperè igitur communionis nostrae gratia deneganda est, nec temere largienda, quia sicut plenum pietatis est oppressis caritatem dominicam redhiberi, ita justum est omnia perturbationis auctoribus (b) imputari.

III.

De nominibus haereticorum ad sacrum altare non recitandis.

De nominibus autem Dioscori, Juvenalis et Eustachii ad sacrum altare non recitandis dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerint, quodque honorandae sancti Flaviani memoriae non repugnet, et a gratia tua christianae plebis animos non avertat. Nam iniquum nimis est, atque incongruum eos, qui innocentes et catholicos sua persecutione vexarunt, sanctorum nominibus sine discretionem misceri, quum damnatam impietatem non deserentes, ipsi se sua pravitate condemnent, quos conve-

dos, que desean nuestra comunión, porque se han arrepentido de no haber tenido constancia en contra del poder y de las amenazas, y de haber consentido con la maldad agena, por haberles trastornado de tal manera el miedo, que llegaron á condescender en la condenación de un prelado católico é inocente, y á recibir la detestable pravedad, aprobamos lo que se ha establecido en presencia y por obra de los nuestros, esto es, que por ahora se contenten con la comunión de sus iglesias. Pero queremos que así se disponga con anuencia de los legados que hemos remitido, participando contigo de la solicitud; para que aquellos que condenan plenamente su mal proceder, y prefieren acusarse á defenderse, se alegren con la unidad de la paz y comunión nuestra, con tal que condenen antes con digno anatema lo que admitieron en contra de la fé católica. No haciéndolo así, en la iglesia de Dios, que es el cuerpo de Cristo, ni son válidos los sacerdocios, ni verdaderos los sacrificios, si el legítimo pontífice no nos reconcilia en la propiedad de nuestra naturaleza, y la verdadera sangre del cordero inmaculado no nos purifica. El cual, aunque está sentado á la diestra del Padre, sin embargo efectúa el sacramento de la propiciación en la misma carne que tomó de la Virgen; pues dice el Apóstol: *Jesucristo es el que murió, antes el que también resucitó, el que está á la diestra de Dios, el que también intercede por nosotros*. Porque ni lampoco puede ser reprendida en algo nuestra benignidad por recibir, dando satisfacción, á aquellos, de quienes nos dolemos que hayan sido engañados; pues ni la gracia de nuestra comunión debe negarse con aspereza, ni darse temerariamente; porque así como es un acto de gran piedad volver á los oprimidos á la caridad del Señor, del mismo modo es justo imputar todas las cosas á los autores de los trastornos.

III.

Que no se reciten en los altares los nombres de los hereges.

Conviene que tu caridad cuide de que no se reciten en el sagrado altar los nombres de Dióscoro, Juvenal y Eustaquio, y que se haga lo que los nuestros constituidos allí dijeren que debe practicarse, lo que no repugne á la memoria venerable de San Flaviano, y lo que no separe de tu gracia los ánimos de la plebe cristiana: pues es demasiado inícuo é inconveniente, que los nombres de aquellos que incomodaron con su persecución á los inocentes y católicos sean mezclados sin discreción con los de los santos; puesto que no

(b) Perturbantis auctoritatem amputare.

nit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

De commendatione Juliani episcopi, vel illorum clericorum qui Flaviano episcopo in fide adhaeserunt.

IV.

De commendatione Juliani episcopi, vel illorum clericorum qui Flaviano episcopo in fide adhaeserunt.

Fratrem verò et coëpiscopum nostrum Julianum vel clericos qui sanctae memoriae Flaviano fidelibus officiis adhaeserunt, dilectioni quoque tuae volumus adhaerere, ut quem fidei (2) suae meritis vivere apud Dominum nostrum novimus, in te sibi eum praesentem esse cognoscant. Illud quoque dilectionem tuam nosse volumus, fratrem et coëpiscopum nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina laboresque toleravit, nobiscum interim demorari et in nostra nunc communione persistere, cujus ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam, ut et nihil eodem absente depereat, et nullus ei in aliquo praejudicare praesumat, donec cum litterarum nostrarum ad vos prosecutione perveniat. Et ut major circa te vel nostra vel totius christianae plebis affectio provocetur, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiam pervenire; ut qui Deo nostro deserviunt de confirmata apud te pace sedis apostolicae gratulentur. De ceteris verò causis atque personis dilectio tua litteris, quas per nostros accipiet plenius instruetur. (c).

(2) Esc. 4, fide vel merito.

(c) Data idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM IN QUA ILLI PRO CONSERVATIONE FIDEI GRATULATUR.

LEO EPISCOPUS MARTIANO AUGUSTO.

Quamvis per Constantinopolitanos clericos ad pietatem tuam antè rescripserim; sumptis tamen clementiae vestrae litteris per virum illustrem praefectum urbis filium meum Tatianum magnam materiam gratulationis accepi, quia studiosissimos vos ecclesiae pacis agnovi. Cui sancto desiderio

desamparando suam impietatem, ellos mismos se condenan por su pravedad, á los cuales conviene que ó sean castigados por su perfidia, ó que trabajen por obtener el perdon.

IV.

Recomendacion del obispo Julian, y de aquellos clérigos que fueron fieles al obispo Flaviano.

Queremos tambien que se reciba en tu caridad al hermano y coepiscopo nuestro, Julian, y á los clérigos que se unieron en la fé á Flaviano, obispo de santa memoria, para que conozcan que aquel que sabemos que vive con nuestro Señor en recompensa de los méritos de su fé, está en tí presente. Igualmente deseamos que tu caridad sepa que el hermano y coepiscopo nuestro Eusebio, que por sostener la fé pasó por muchos peligros y trabajos, permanezca en el ínterin con nosotros, y esté ahora en nuestra comunión; cuya iglesia queremos que se defienda por tu cuidado, para que nada perezca en su ausencia, y para que ninguno trate de perjudicarle en cosa alguna, hasta tanto que se presente á vosotros con carta nuestra. Y para que nazca mayor afecto hácia tí, bien sea nuestro, bien de toda la plebe cristiana, queremos que llegue á noticia de todos lo que escribimos á tu caridad; para que aquellos que sirven á nuestro Dios se alegren de haber la sede apostólica anudado la paz contigo. Acerca de las demas causas y personas las cartas que recibirás por los nuestros instruirán mas plenamente á tu caridad. (d)

(d) Año 431 de Jesucristo.

L.

EPISTOLA DE LEON AL EMPERADOR MARCIANO

EN LA QUE LE DA EL PARABIEN POR LA CONSERVACION DE LA FÉ CATÓLICA.

EL OBISPO LEON AL EMPERADOR MARCIANO.

Aunque ya habia respondido á tu piedad por medio de los clérigos de Constantinopla; sin embargo, recibida la carta de vuestra clemencia por mano del varon ilustre, prefecto de Roma, mi hijo Taciano, sentí un gozo extraordinario, porque he visto que aspirais ardentemente á la paz eclesiástica.

digna aequitate confertur, ut quem statum esse cupitis religionis, eundem habeatis et regni. Nam inter principes (1) christianos, spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur; quia profectus caritatis et fidei utrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, ut, propitiato per unam confessionem Deo, simul, et haeretica falsitas et barbara destruat hostilitas, gloriosissime Imperator. Aucta igitur per imperialem amicitiam spe coelestis auxilii, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanae incitare praesumo, ne cujusquam procaci impudentique versutia, quasi de incerto quid sequendum sit, sinatis inquiri. Et quum ab evangelica, apostolicaque doctrina nec in uno quidem verbo liceat dissidere, aut aliter de scripturis divinis sapere, quam beati apostoli et patres nostri didicerunt atque docuerunt, nunc demum indisciplinae moventur et impiae quaestiones, quas olim mox, ut eas per acta (*apta*) sibi corda diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit. Nimis autem iniquum est; ut per paucorum insipientiam ad conjecturas opinionum, et ad carnalium disputationum (a) bella revocemur: tanquam reparata disceptatione tractatum (*tractandum*) sit, utrum Eutiches impiè senserit, et utrum perversè Dioscorus judicavit, qui in sanctae memoriae Flaviani condemnationem se pertulit, et simpliciores quosque ut in eandem ruinam provolverentur impedit: quorum multis jam, ut cognovimus, ad satisfactionis remedia conversis et veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cujusmodi sit fides tenenda, tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendum. Unde piissimae sollicitudini vestrae quam de indicenda synodo habere dignamini, per legationem, quae confestim ad clementiam vestram Deo annuente perveniet, quidquid ad causae utilitatem arbitror pertinere plenius atque opportunius suggeretur. Datum IX kalendas majas Adelphio viro clarissimo consule.

A cuyo santo deseo se atribuye con justicia que sea igual el estado de vuestro reino al que quereis tenga la religion. Pues entre los príncipes cristianos, afirmando el espíritu de Dios la concordia, se corrobora la doble confianza por todo el mundo; porque los progresos de tu caridad y de la fé hacen invencible el poder de ambas armas; de modo que estando propicio Dios por una sola confesion, emperador gloriosísimo, se vencen á la vez la falsedad herética y la hostilidad de los bárbaros. Aumentada pues la esperanza del auxilio celestial por la amistad imperial, me tomo la libertad con mas confianza de estimular á vuestra piedad en favor del sacramento de la salud humana, para que no permitais que por la descarada é impudente malicia de alguno se haga inquisicion en la doctrina que debe seguirse, cual si fuera incierta. Y no siendo lícito separarse ni en una sola palabra de lo enseñado por los Evangelistas y Apóstoles, ni interpretar las escrituras divinas de distinta manera de como las comprendieron y enseñaron los bienaventurados Apóstoles y Padres nuestros, se suscitan ahora cuestiones contra la disciplina y en favor de la impiedad, las que antiguamente el Espíritu Santo extinguió por ministerio de los discípulos de la verdad tan pronto como el diablo las movió. Es pues una grande iniquidad que por la necedad de unos pocos volvamos á las congeturas de las opiniones y á las guerras de las disputas acerca de la carne, como si se hubiera resucitado de nuevo la cuestion sobre si Eutiches propagó malas doctrinas, ó si Dioscoro falló con perversidad, cuando se lanzó á la condenacion de Flaviano, de santa memoria, é hizo que algunos mas sencillos fuesen envueltos en la misma ruina; muchos de los cuales, segun ya hemos conocido, se han convertido á los remedios de la satisfaccion, y piden el perdon de su azoramiento inconstante; de modo que no se debe ya tratar de la manera con que se ha de observar la fé, sino de como se ha de acceder á sus súplicas. Por lo que juzgo, que cuanto pertenece á la utilidad de la causa se manifestará inmediatamente con mas plenitud y oportunidad á la piadosísima solicitud vuestra, que os dignais tener en favor de la convocacion del sínodo, por los legados que se envian con anuencia de Dios á vuestra clemencia. Escrita el dia 23 de Abril, en el consulado del clarísimo varon Adelfio. (Año 451 de Jesucristo).

(1) Esc. 4, principes nostros christianos.

(a) Disceptationum bella provochemur.

EPISTOLA LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM
IN QUA INTER CETERA DEFENSORI FIDEI
CATHOLICAE IMPERATORI GRATULATUR.

LEO EPISCOPUS MARTIANO AUGUSTO.

Multam mihi fiduciam scribendi ad clementiam vestram et litterae vestrae, quas veneranter accepi, et coepiscopi mei revertentes a Constantinopoli praebuerunt, non sola assertione verborum, sed ipsis jam operum effectibus demonstrantes ad defensionem catholicae fidei divinum in nobis vigere praesidium: quo utique non solum ecclesiae status, sed etiam vestri robur munitur imperii, ut merito ejus expectetis protectionem, cujus colitis (*religionem et*) veritatem, gloriose Imperator. Nam ut et fratris mei Anatolii citius manifestaretur integritas, et olim damnati erroris redivivus assertor locum in Christi ecclesia non haberet, ut catholici episcopi, quos nuper haereticorum persecutio depravare non potuit, ab injustis revocarentur exiliis, utque, reliquis beatae memoriae Flaviani digno honore susceptis, impietatem suam condemnator ejus agnosceret, vestrae virtutis titulus, vestrae pietatis est fructus. Cui confido etiam aliarum insignia ad cumulanda palmarum, ut sicut Constantinopolitana ecclesia recepta apostolicae fidei libertate laetatur, ita omnes regni vestri provinciae et mundatas se a diaboli dogmatis contagione gloriantur. Ut ergo praecedentibus litteris indicavi, fratres meos Lucentium (1) episcopum, et Basilium presbyterum, qui sollicitudinis meae partes possint implere, direxi, favori eos pietatis vestrae in omnibus, quae sunt agenda, commendans. Nam qui apud Ephesum Dioscori factione compulsus detestabilibus statutis poenitentium praebere consensum, inconstantiae suae veniam postulare, et communionem catholicam per satisfactionem correptionis (*correctionis*) expetere; non fuit talium negligenda conversio, qui non proprio sensu sed improbi praesumptoris impulsu in haec incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuere iudicium. Ne itaque resipiscentium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa fa-

(1) En todos los códices se escribe, *Lucensem*; pero como que de la carta siguiente, de todos los impresos y por la his-
TOMO II.

LI.

EPISTOLA DE LEON AL EMPERADOR MARCIANO.
EN LA QUE ENTRE OTRAS COSAS LE DA
EL PARABIEN POR SER DEFENSOR DE LA
FÉ CATÓLICA.

EL OBISPO LEON AL EMPERADOR MARCIANO.

La carta vuestra, que recibí con veneracion, y mis coepiscopos al volver de Constantinopla, me han dado mucha confianza para escribir a vuestra clemencia, la que demuestra no solo por las palabras, sino tambien por las obras, de que para defensa de la fé católica arde en vuestro corazon la gracia divina: con lo que no solo se afirma el estado de la iglesia, sino tambien los fundamentos de vuestro imperio; de modo que con razon podeis esperar la proteccion de aquel á cuya religion y verdad dais culto, emperador glorioso. Pues se debe á vuestra virtud y piedad que se haya cuanto antes declarado la inocencia de mi hermano Anatolio, que el resucitador del condenado error antiguo no tenga cabida en la iglesia de Cristo, que se hayan levantado los injustos destierros á los obispos católicos, á quienes la reciente persecucion de los hereges no pudo malear, que hayan sido recibidas con el digno honor las reliquias de Flaviano, de santa memoria, y que su juez haya reconocido su impiedad. Confio tambien que han de añadirsete otras palmas; porque así como la iglesia de Constantinopla se alegra por haber recibido la libertad de la apostólica fé, del mismo modo todas las provincias de vuestro reino se glorien de haber sido purificadas del contagio del dogma diabólico. Y como ya os manifesté en mi anterior, he enviado á mis hermanos, el obispo Lucencio y el presbítero Basilio, los que podrán desempeñar el cometido de mi solicitud, recomendándolos al favor de vuestra piedad en todas las cosas que hayan de tratarse. Pues habiendo conocido por los escritos de mi hermano Anatolio y por el trato con los nuestros, de que muchos de los que, compelidos en Éfeso por la faccion de Dióscoro, consintieron con los estatutos detestables, arrepentidos piden la venia de su incons-

toria conste que el verdadero nombre de este obispo era *Lucencio*, no hemos vacilado en escribir *Lucentium*.

cilitas temere aliquos ac sine discretione susciperet, injunctum est ab apostolica sede directis, ut in consortium suae deliberationis, adscito Constantinopolitanae urbis antistite, et pestilentiae contagia non admittantur et sanitatis remedia non negentur. Quae industria in omnibus, quae nequiter gesta sunt, emendatis celerem, juvante Domino, consequetur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticae opem suam vestra pietas dignetur adungere; ut vobis ita (*in terra*) regnantibus et Dei regnum intra vos habere mereamini, et catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla haeresis inquietet, nec cuiquam liceat doctrinam evangelicam deserere et sacerdotali honore gaudere. Synodum verò fieri, ut meminit vestra clementia, etiam ipsi poposcimus. Sed sacerdotes provinciarum omnium congregari praesentis temporis necessitas nulla ratione permittit, quoniam illae provinciae, e quibus maximè sunt evocandi, inquietante bello, ab suis ecclesiis eos non patiuntur abscedere. Unde opportuniori tempore, propitiato Domino, quum firmiter fuerit restituta securitas, jubeat vestra clementia reservari. De qua re plenius inter cetera apud pietatem vestram poterunt allegare quos missimus (1). Datum V (VII) idus junias Adelphio viro clarissimo consule.

(1) Æm. Bibl. Reg. Esc. 4. misi.

tancia, y mediante satisfaccion desean la comunión católica; no debió ser despreciada la conversión de estos, los cuales se sabe que cayeron en tales errores, no por voluntad propia, sino por impulso del ímprobo usurpador, en cuyas maldades no tuvieron libertad. Y para que una larga tardanza no entibiara los deseos de los arrepentidos, ó una facilidad descuidada no admitiera temerariamente á algunos sin discreción, se previno á los enviados de la sede apostólica, que uniéndose para deliberar con el prelado de Constantinopla, no sean admitidos los contagios de pestilencia, ni se les nieguen los remedios de la salud. Cuya industria conseguirá con ayuda del Señor pronto efecto en la corrección de todas las cosas que se hicieron perversamente, si vuestra piedad se digna unir su ayuda á la reparación de la paz eclesiástica; para que reinando vos de este modo, merezcáis tener dentro de vos el reino de Dios; y ninguna falsedad viole la fé católica, ninguna heregía la inquiete, ni á nadie sea lícito separarse de la doctrina evangélica, y gozar del honor sacerdotal. También nosotros hemos pedido, segun tendrá presente vuestra clemencia, que se celebre un sínodo; pero las actuales circunstancias no permiten bajo ningún concepto que se reúnan los sacerdotes de todas las provincias; porque aquellas de las que con mas motivo deben acudir no consienten por causa de la guerra que se separen los obispos de sus iglesias. Por lo que cuando se presentare, con ayuda del Señor, tiempo mas oportuno, debe mandar vuestra clemencia que se reúna el concilio, si la tranquilidad se encuentra ya restablecida. Acerca de lo cual, lo mismo que de todo lo demás podrán informaros con mas extensión mis legados. Escrita el 11 de Junio, en el consulado del varón clarísimo, Adelfio. (año 451 de Jesucristo).

LII.

EPISTOLA LEONIS AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

DE HIS QUI HAERETICORUM ERRORIBUS METU VEL (non) VOLUNTATE IMPLICANTUR, UT PER SATISFACTIONEM AB ECCLESIA SUSCIPIANTUR, ET UT HAERETICORUM NOMINA AD ALTARE NON RECITENTUR.

LEO EPISCOPUS ANATOLIO EPISCOPO.

Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse devotam, ut tamen efficacior tua fieri possit industria, necessarium et congruum fuit fratres meos Lucentium episcopum, et Basilium presbyterum, ut promisimus, destinare; quibus tua dilectio societur, ut nihil in his, quae ad universalis ecclesiae statum pertinent, aut dubiè agatur aut segniter: quum residentibus vobis, quibus executionem nostrae dispositionis injunximus, eâ possint agi cuncta moderatione, ut nec benevolentiae partes nec justitiae negligentur, sed absque personarum acceptione divinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod ut recta observantia valeant custodire, catholicae primitus fidei servetur integritas, et quia per omnia angusta et ardua via est, quae ducit ad vitam, neque in sinistram, neque in dexteram ab ejus tramite devietur. Et quia evangelica et apostolica fides omnes expugnat errores, et ab uno latere Nestorium dejicit, et ab alio Eutichetem et participes ejus elidit, hanc regulam mementote servandam: ut quicumque in illa synodo, quae nomen synodi nec habere poterit nec meretur, et in qua malevolentiam suam Dioscorus, imperitiam autem Juvenalis ostendit, dolent, ut dilectionis tuae relatione comperimus, se metu victos et terrore superatos ad consensum scelestissimi iudicii potuisse compelli, et communionem catholicam obtinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraterna praestetur; ita ut non dubiis professionibus Eutichetem cum suo dogmate, cumque consortibus suis anathematis execratione condemnent. De his autem qui in hac causa gravius peccaverunt, et ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo vin-

EPISTOLA DE LEON A ANATOLIO OBISPO DE CONSTANTINOPOLA.

PARA QUE AQUELLOS QUE POR MIEDO Ó DE VOLUNTAD ESTAN ENVUELTOS EN LOS ERRORES DE LOS HEREGES, SEAN RECIBIDOS POR LA IGLESIA MEDIANTE SATISFACCION, Y TAMBIEN PARA QUE LOS NOMBRES DE LOS HEREGES NO SE RECITEN EN EL ALTAR.

EL OBISPO LEON AL OBISPO ANATOLIO.

tur provincialium jura primatum, nec privilegiis antiquitus institutis metropolitani fraudulentur antistites. Nihil Alexandrinae sedi ejus, quam per sanctum Marcum evangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis; nec, Dioscoro impietatis suae pertinacia corrumpente, splendor tantae ecclesiae tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque ecclesia, in qua primum praedicante beato apostolo Petro christianum nomen exortum est, in paternae constitutionis ordine perseveret, et in gradu tertio collocata nunquam se fiat inferior. Aliud enim sunt sedes, aliud praesidentes, et magnus unicuique honor est integritas sua; quae quum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat: quanto magis in Constantinopolitanae urbis magnificentia potest esse gloriosa, si per observantiam tuam et defensionem paterni canonis, et exemplum probitatis multi habeant sacerdotes? Haec tibi scribens, frater, in Domino hortor ac moneo, ut deposito ambitionis desiderio, spiritu potius ferveas caritatis, ejusque virtutibus secundum doctrinam apostolicam proficienter orneris. Est enim patiens et benigna, et non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt. Unde si caritas non quaerit propria: quantum peccat, qui concupiscit aliena? A quibus volo ut te prorsus abstineas, memorque sis sententiae quae dicit: *Tene, quod tenes, ne* (5) *alius accipiat coronam tuam.* Nam si inconcessa quaesieris, ipse de tuo opere atque judicio universalis ecclesiae pace privabis. Frater autem et coepiscopus meus (9) Lucianus, et filius noster Basilius diaconus, quantum in ipsis fuit, studiosè his, quae eis injunxeras adfuerunt; sed actioni eorum justitia (7) negavit effectum. Datum XI kalendas junias, Herculano viro clarissimo consule.

concepto consentiré con nadie en aquellas cosas que pides en contra suya; y podrás conocer con evidencia que yo me opongo de buena voluntad á tu caridad, para que meditándolo mejor te abstengas de perturbar la iglesia universal. No se destruyan los derechos de los primados provinciales, ni los metropolitanos sean privados de los privilegios establecidos desde antiguo; no se mutile nada de la dignidad de la iglesia de Alejandría, de lo que mereció tener por el evangelista S. Marcos, discípulo del bienaventurado San Pedro; ni el esplendor de una iglesia tan grande quede oscurecido por las tinieblas ajenas, por haber caído Dióscoro á causa de la pertinacia de su impiedad. También la iglesia de Antioquía, en la que por primera vez se oyó el nombre cristiano por la predicacion del apóstol San Pedro, perseverare en el orden constituido por los Padres, y colocada en el grado tercero, nunca descienda de él: porque las sedes son cosas distintas de los prelados; y el grande honor para cada uno es su integridad; la cual no perdiendo en algunos lugares sus propios ornamentos, ¿cuánto mas gloriosa puede ser en la magnificencia de la ciudad de Constantinopla, si mediante tu observancia y la defensa del cánon de los Padres muchos sacerdotes tienen á la vista un dechado de probidad? Escribiéndote estas cosas, hermano, te exhorto y amonesto en el Señor á que, depuesta la ambicion, sea sustituida con el ferviente espíritu de la caridad, y seas adornado en provecho tuyo con sus virtudes, siguiendo la doctrina apostólica: *Porque es paciente y benigna, y no es envidiosa, no obra mal, no se ensoberbece, ni es ambiciosa, ni busca sus provechos.* Luego si la caridad no busca las cosas que son propias de ella, ¿cuánto pecará aquel que desea las ajenas? De todo lo cual quiero que te abstengas totalmente, y te acuerdes de la sentencia que dice: *Guarda lo que tienes, para que ninguno tome tu corona.* Pues si buscares las cosas que no te están concedidas, tú mismo por obra tuya y propio juicio te privarás de la paz de la iglesia universal. Mi hermano y coepiscopo Luciano, y nuestro hijo el diácono Basilio, desempeñaron, en cuanto estuvo de su parte, con toda diligencia las cosas que les habias prescrito; pero la justicia negó el resultado de su accion. Dada el dia 22 de Mayo, en el consulado del varon clarísimo Herculano.

(5) *Æm. ne quis accipiat.*

(6) *In reliquis praeter Alv. noster.*

(7) *Bibl. Reg. Esc. 4. Tol. 4. 2. injustitia.*

LVII.

EPISTOLA LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

IN QUA GRATIAS EI AGIT QUOD PER CHALCEDONENSE CONCILIUM PAX ECCLESIAE CATHOLICAE REDDITA SIT.

LEO EPISCOPUS MARTIANO AUGUSTO.

Multa mihi omnibus clementiae vestrae litteris causa gaudendi (1) est, dum ex magna divinae providentiae misericordia praestitum humanis rebus experior, quod ecclesiasticam pacem, quae non nisi unitate praedicationis evangelicae custoditur, piissimo studio juvare dignamini, ut fidei vestrae gloria non solum utilitate reipublicae sed etiam religionis profectibus augeatur, gloriosissime Auguste. Unde (2) infabuliter Deo gratias ago, qui eo tempore qui oboritura haereticorum scandala praesciebat, vos in imperii fastigio collocavit, in quibus ad totius mundi salutem et regia potentia et sacerdotalis vigeret industria. Nam quum vestro precipue opere sit perfectum (3) ut per synodale concilium, damnatis impii dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret, ad ejusdem devotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus oppresum est, etiam in quibuscumque reliquis deleatur. Quod facilius clementia vestra arbitratur implendum, si per universas ecclesias definitiones sanctae synodi Chalcedonensis apostolicae sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, quum ei fidei omnium subscribendo accesserit, quae ad me secundum formam apostolicae doctrinae ac paternae traditionis emissa est, et per fratrem meum Lucianum episcopum talia ad gloriam vestram, et ad Constantinopolitanum antistitem scripta direxerim, quae evidenter ostenderent me ea, quae de fide catholica in praedicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdem litteris ea, quae per occasionem synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit praedictus antistes (*Anatolius*) meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiduciae Deo per vos operante collatum est, quod probasse vos observantiam meam de custodia canonum paternorum pietatis vestrae affatibus indicastis; et merito geminatur gaudium meum, quum

EPISTOLA DE LEON AL EMPERADOR MARCIANO.

EN LA QUE LE DA GRACIAS DE HABER SIDO RESTITUIDA LA PAZ A LA IGLESIA CATOLICA POR EL CONCILIO DE CALCEDONIA.

EL OBISPO LEON AL EMPERADOR MARCIANO.

Mucho gozo me causan en todo las cartas de vuestra clemencia, viendo que por la gran misericordia de la divina providencia se ha concedido á las cosas humanas, que os digneis cooperar con grandísima piedad á la paz eclesiástica, que no se obtiene sin la unidad de la predicacion apostólica; de manera que la gloria de vuestra fe, emperador gloriosísimo, no solo se aumenta en utilidad de la república, sino tambien en provecho de la religion. Por cuyo motivo doy gracias inefables á Dios, el cual en el tiempo en que previó que habian de surgir los escándalos heréticos, colocó en la cumbre del imperio, á quien para salvacion de todo el mundo reuniria con esplendor la potestad regia, y la industria sacerdotal. Pues habiéndose especialmente efectuado por vuestro trabajo que en el concilio sinodal, condenados los defensores del impío dogma, haya perdido todas sus fuerzas el error sacrilego, pertenece al triunfo de la misma devocion que el mal que fué exterminado en sus gefes, desaparezca tambien en cualesquiera reliquias que aun restan. Esto mismo juzga vuestra clemencia que se cumplirá con mas facilidad, si se prueba que las definiciones del santo concilio de Calcedonia, hechas para todas las iglesias, han agrorado tambien á la sede apostólica. Acerca de lo cual no hubo motivo de duda, porque el consentimiento general se agregó por las firmas, cuya fe fué remitida á mí, conforme en un todo á la doctrina apostólica y á la tradicion de los Padres, y habiendo escrito por mi hermano el obispo Luciano á vuestra gloria y al prelado de Constantinopla, aprobando con la mayor claridad lo que acerca de la fe católica habia sido definido en el referido sínodo. Pero porque en la misma carta habia reprendido las cosas que por causa del sínodo se habian usurpado, prefirió el referido prelado ocultar mi parabien, por no publicar su ambicion. A mí pues se me ha dado mucha confianza, obran-

(1) Bibl. Reg. Esc. 4. Tol. 1. Ger. gaudii.

(2) Bibl. Reg. Esc. 4. Inde.

(3) Æm. Bibl. Reg. Esc. 4. Urg. effectum.

vobis religiosissimè placere cognosco, ut et fides Nicaena suam teneat firmitatem, et privilegia ecclesiarum illibata permaneant. Quamvis autem de praeclaro fidei vestrae opere nihil vestra pietas indicarit, mihi tamen per veneratorem una mecum specialiter vestrum, fratrem meum, Julianum episcopum innotuisse significo, quam pio dignati fueritis responso imperitorum manachorum animos cohibere pariter et docere, ut si illos non penitus deseruit divina miseratio, sentiant se et didicisse quod credant, et agnovisse quod timeant. Quia verò omnibus modis obediendum est pietati vestrae, religiosissimaeque voluntati, constitutionibus synodalibus, quae mihi de confirmatione fidei catholicae et de haeticorum damnatione placuerunt, libens adjeci sententiam meam; quae ut in notitiam omnium sacerdotum ecclesiarumque perveniat, vestrae clementiae praecepto ordinare dignabitur. Adfuturam credo et spero gratiam Dei, quae tam sanctam tanti principis curam plenissimum desiderii sui fructum faciat obtinere, ut omnibus dissentienti occasionibus amputatis apostolicae ubique doctrinae pax regnet et veritas. Fratri autem meo Juliano episcopo noverit vestra clementia hoc me propriè delegasse, ut quidquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine vestrae fiducialiter suggerat pietati, quoniam certus sum vos ad haec omnia emendanda vel defendenda, Deo auxiliante sufficere. Datum XII kalendas aprilis Apilio (4) viro clarissimo consule, aera CCCCXI. (a)

(1) Æm. Bibl. Reg. Esc. Tol. 4.: Opilio. Ger.: Opilione.
(a) Está equivocada la era, debiendo decir CDXCI, que corresponde al año 453 de Jesucristo, en que fueron cónsules Vin-

do Dios por mediacion vuestra, porque indicasteis con palabras de vuestra piedad, que aprobabais mi proceder acerca del vigor de los cánones de los Padres; y con razon se duplica mi gozo, conociendo que os agrada religiosísimamente que la fe nicena conserve su firmeza, y que los privilegios de las iglesias permanezcan íntegros. Y aunque vuestra piedad nada haya indicado sobre la esclarecida obra de vuestra fe; sin embargo, os manifiesto por medio de vuestro especial venerador, y tambien mio, el obispo Julian, mi hermano, que estoy enterado de la piadosa respuesta con que os dignasteis refrenar los ánimos de los monges ignorantes, y enseñarles: de modo que si la divina misericordia no los ha desamparado del todo, sepan que han aprendido lo que han de creer, y han oido lo que deben temer. Y porque de todas maneras debe obedecerse á vuestra piedad y religiosísima voluntad, con gusto añadí mi opinion á las constituciones sinodales, que me agradaron, acerca de la confirmacion de la fe católica y de la condenacion de los hereges; cuya opinion, el mandato de vuestra clemencia se dignará ordenar que llegue á noticia de todos los sacerdotes é iglesias. Creo y espero que asistirá la gracia de Dios, la que hará que un cuidado tan santo de un príncipe tan grande logre el fruto colmadísimo de su deseo, para que cortadas todas las ocasiones de cisma, la paz y la verdad de la doctrina apostólica reinen en todas partes. Vuestra clemencia tambien debe saber que he facultado especialmente á mi hermano el obispo Julian, para que cuanto allía probare relativo á la integridad de la fe, lo indique conconfianza á vuestra piedad en mi nombre; porque estoy cierto que sois suficiente con auxilio de Dios para corregir y defender todas estas cosas. Escrita el dia 21 de Mayo, en el consulado del varon clarísimo Apilio, era CDXI.

comalo y Opilion. Muchas de las fechas que siguen están mal espresadas, como se verá por las correcciones que pondremos.

LVIII.

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM.

DE PROTERIO ALEXANDRINO EPISCOPO UT PRIORUM SUORUM DECRETA CONSERVET, ET IMPERATOREM ROGAT UT EPISTOLAM AD FLAVIANUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM MISSAM IN GRAECUM SERMONEM TRANSLATAM ALEXANDRINAE ECCLESIAE DESTINARET.

LEO EPISCOPUS MARTIANO AUGUSTO.

Puritatem fidei christianae, quâ clementia vestra prae fulget, etiam his litteris, quas frater et coepiscopus meus Nestorius (*Nestorianus*) detulit, demonstrastis, justissimum fratri meo Proterio Alexandrinae urbis antistiti impendentes favorem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium perhibere dignatur, indubitanter esset probandus, etiam si taceret. Sed accedit ad gratiam, quod proprio quoque sermone cognoscitur, et quam sincerus sit catholici dogmatis praedicator ipsius professione clarescit. Unde plenissimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector et Deo gratias ago, quod amoto eo qui evangelio Christi voluit contraire et a sanctorum patrum intelligentia dissidere (*dissentire*), talem prospexit Alexandrinae ecclesiae sacerdotem, qui praecedentibus rectoribus et fide concordaret et vitâ. Nam quum amplecti se epistolam meam, quam ad beatæ memoriae Flaviani contra Eutichetem impium misi, toto corde profitetur, quid aliud quam apostolorum se ostendit esse discipulum, quoniam doctrina veritatis in lumine suo permanet, et non potest esse diversum quod unum est atque divinum (*individuum*)? Rescripsi itaque praedicto fratri quod debui, atque ut in sancto studio perseveret admonui; qui sine dubio constantior erit si etiam clementiae vestrae cohortationibus adjuvetur. Nec in aliquo eum terreat quorundam imperita dissensio, quos paucorum haereticorum instigationibus ignorantia facit obnoxios. Quod ergo sua negligentia assequi nequeunt, opportunè eorum insinuetur auditui. Et ne memoratus (*memoratis*) nova inferre et propria videatur adstruere, venerabilium patrum, qui eidem

Tomo II.

EPISTOLA DEL MISMO LEON AL EMPERADOR MARCIANO.

PARA QUE PROTERIO, OBISPO DE ALEXANDRÍA, CONSERVE LOS DECRETOS DE SUS ANTECESORES; ROGANDO TAMBIEN EN ELLA AL EMPERADOR QUE HAGA QUE LLEGUE A LA IGLESIA DE ALEJANDRÍA LA CARTA REMITIDA A FLAVIANO, OBISPO DE CONSTANTINOPLA, DESPUES DE TRADUCIRLA AL GRIEGO.

EL OBISPO LEON AL EMPERADOR MARCIANO.

Demostrásteis la pureza de la fé cristiana, en la que brilla sobre todos vuestra clemencia, hasta en la carta que llevó mi hermano y coepiscopo Nestorio, concediendo favor justísimo á mi hermano Proterio, prelado de la ciudad de Alejandria, para que un todo me fuese mas grata: pues á quien vuestra piedad se digna dar testimonio, deberia ser indudablemente aprobado, aunque callase. Pero se agrega á la gracia, lo que se conoce tambien por las propias palabras, y aparece claro por la profesion del mismo la sinceridad con que predica el dogma católico. Por lo que abrazo con afecto plenísimo la caridad del hermano ortodoxo, y doy gracias á Dios de que depuesto aquel que quiso oponerse al evangelio de Cristo y separarse de la doctrina de los santos Padres, haya colocado un sacerdote tal en la iglesia de Alejandria, que esté de acuerdo con los prelados anteriores en la fé y en la vida. Pues confesando de todo corazon que recibe mi carta remitida á Flaviano, de feliz memoria, en contra del impío Eutiches; qué otra cosa manifiesta sino que es discípulo de los apóstoles? Puesto que la doctrina de la verdad permanece en su luz y no puede ser diverso lo que es uno y divino. Por lo tanto contesté al referido hermano lo que debí, y le amonesté á que perseverara en su santo propósito, el cual sin duda alguna será mas constante, si á esto se agregan las exhortaciones de vuestra clemencia. Ni debe atemorizarle en nada la necia disension de algunos, á quienes por instigacion de unos pocos hereges conduce la ignorancia. Incúlquese oportunamente á su oido lo que no pueden alcanzar con su negligencia. Y para

217

ecclesiae praefuerunt, scripta relegantur, et quid beatus Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus (*Lucilius*), quid etiam alii orientales magistri de incarnatione Domini senserint, cognoscant (1). Nec repullulantibus decipiantur erroribus, qui olim evangelici sermonis sunt virtute prostrati: quoniam omnes fere haereses, quae diversis temporibus extiterunt, dum sacramentum corporeae nativitatis, et passionis (2), ac resurrectionis Christi non intelligunt, ab evangelio deviarunt. Et possemus minus laborare in haereticis repellendis, si rudes animos ea non turbarent mendacia, quae peremit antiquitas. Sed nunc, ut dixi, hic docendi optimus modus est, ut paternorum sensuum lineae Alexandrinae plebis et clericorum auribus innotescant, ac si qui sunt qui nostra scripta despiciant, illi saltem, qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt, adquiescant. In quo opere multum consacerdotis mei (*nostri*) devotione gaudebo, et semper ipsius unanimitate laetabor, quia fraterna pax non nisi in una fidei confessione servatur.

Quia verò quorundam haereticorum versuta nequitia ad conturbandam nostrorum (*aliorum*) simplicitatem epistolam meam, quam (3) beatae memoriae Flaviano dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam verbis vel syllabis receptorem (4), me Nestoriani erroris adsererent; obsecro venerabilem clementiam vestram, ut eandem epistolam per fratrem meum Julianum episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra elegerit (5) in graecum sermonem jubeatis integrè diligenterque translata per idoneum perlatores sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam iudicibus Alexandrinis, qui eam clero et plebi ipsius civitatis cum praedictorum episcoporum praedicationibus, quibus (*qui et meo scripto consentiunt*) et mea scripta consentiunt, faciant recitari, ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere. et probentur apostolicae sedis sinceri (*sine errore*), esse discipuli, apud quam nec Eutiches, nec Nestorius ullum obtinent locum: quia sicut alios haereticos ita et istos universalis ecclesia damnavit. Datum VI idus martias Aetio et Studio (6) viris clarissimis consulibus, aera CCCCLXII (a).

(1) In reliquis praeter Alv.: recognoscant.

(2) Desde esta palabra faltan las hojas en el Escorialense 4.º

(3) Em. Bibl. Reg. Esc. 3. Tol 1. et 2.: quam ad beatae memoriae Flavianum dedi.

(4) Bibl. Reg. acceptorem.

(5) Bibl. Reg. delegerit.

que el mencionado no parezca que introduce cosas nuevas, y afirme cosas propias suyas, léanse con frecuencia los escritos de los venerables Padres que presidieron en la misma iglesia, para que conozcan qué es lo que opinaron acerca de la Encarnacion del Señor el bienaventurado Atanasio, Teófilo, Cirilo y otros maestros orientales. Ni sean engañados con los errores que vuelven á renovarse, los cuales antiguamente fueron destruidos por virtud de la doctrina del evangelio: porque casi todas las heregías que existieron en tiempos diversos, no entendiendo el sacramento de la natividad corporal y de la pasion y resurreccion de Cristo, se separaron del evangelio. Y tendríamos menos trabajo para vencer á los hereges, si estas mentiras que destruyó la antigüedad no trastornasen á las almas ignorantes. Pero ahora, segun ya he dicho, el modo mejor de enseñar es, hacer que conozcan los escritos de los Padres la plebe y clérigos de Alejandría; y si hay alguno que desprecie los nuestros, al menos contentese con los que estan conformes con nosotros en la doctrina apostólica. En cuya obra me alegraré mucho se ocupe la devocion de mi consacerdote; y siempre recibiré gozo por su benignidad, porque la paz fraternal no se observa sino en una sola confesion de fé.

Mas porque la astuta malicia de algunos hereges ha falsificado la carta que dirigí á Flaviano, de feliz memoria, con objeto de turbar la sencillez de los nuestros, afirmando, mudadas algunas palabras ó sílabas, que yo habia admitido el error de Nestorio; pido á vuestra venerable clemencia que mande que la misma carta sea traducida íntegra y diligentemente por mi obispo Julian, ó por quienes vuestra piedad creyere que son aptos para ello, y que sea entregada por un portador idóneo, marcada con vuestro sello, á los jueces de Alejandría, los cuales hagan que se lea al clero y á la plebe de la misma ciudad con las predicaciones de los mismos obispos, con las cuales estan conformes mis escritos; para que conozcan que no deben dejarse engañar en adelante por los hombres falaces, y se pruebe que son sinceros discipulos de la sede apostólica, en la que ni Eutiches ni Nestorio tienen cabida alguna: porque la iglesia universal ha condenado á estos hereges lo mismo que á otros. Escrita el dia 26 de Abril, en el consulado de los clarísimos varones Aecio y Studio, era CDLXII.

(6) Ex reliquis praeter Alv. in quo: *Stueno.* et Tol. 2. in quo: *Stadio.*

(a) Debe decir aera CDXCII que corresponde al año 454 de Jesucristo, en que fueron cónsules Aecio y Estudio, Estadio ó Audio, pues de estas tres maneras se lee en los fastos consulares.

LIX.

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD MARTIANUM AUGUSTUM IN QUA SCRIBIT EI DE EXILIO EUTICHETIS, UT AD SECRETIORA LOCA EUM TRANSFERRET, QUIA UBI POSITUS ERAT ADHUC PRAVA DOCEBAT.

LEO EPISCOPUS MARTIANO AUGUSTO.

Quod saepissimè multa jam experimenta docuerunt, sanctae pietatis vestrae studium circa religionem christianam gloriosis perseverat et crescit augmentis, et haec fides vestrae clementiae non solum me sed et omnes Domini sacerdotes consolatur et roborat, dum in christianissimo principè sacerdotalem experimur affectum. Quem si orientalium partium sacerdotes studeant imitari, nihil scandalorum neque pax, neque fides christiana patietur. Unde quum Constantinopolitanus antistes ad omnem pietatis profectum praesenti clementiae vestrae doceatur exemplo, si fideliter vestris adquiescat hortatibus, habet in me sincerum (1) gratiae animum tantum ut quod verbis spondet corde perficiat. Si verò quae Deo, et pietati vestrae displicent, pertinaci intentione delegerit, salva mansuetudinis vestrae reverentia, utar cum omnibus, et pro omnibus, vobis quoque adnitentibus, adversum superbientem liberiore constantia, quem, quod saepe dicendum est, mallet pro sanctis actibus fraterna caritate complecti, gloriosissime Imperator. Quia verò suggestiones meas pro tranquillitate catholicae fidei libenter accipitis, significatum mihi fratris et coëpiscopi mei Juliani (quem excepistis piissimè) sermone cognoscite, Eutichetem impium pro suis quidem meritis exulare; sed in ipso suae damnationis loco multa adversus integritatem catholicam blasphemiarum desperatius venena profundere, et quod in illo totus mundus horruit atque damnavit, impudentia majori, ut innocentes decipere possit, evomere. Plenum itaque rationis existimo, ut vestra clementia ad longinquiora eum jubeat et secretiora transferri. Monasterio verò ejus Constantinopoli con-

(1) In reliquis praeter Alv. sinceræ.

EPISTOLA DEL MISMO LEON AL EMPERADOR MARCIANO EN LA QUE LE ESCRIBE QUE DESTIERRE A EUTICHES A OTROS LUGARES MAS OCULTOS, PORQUE EN DONDE SE HALLABA AUN SEGUIA ENSEÑANDO SU MALDAD.

EL OBISPO LEON AL EMPERADOR MARCIANO.

Muchísimos experimentos han demostrado infinitas veces, que vuestros santos y piadosos deseos acerca de la religion cristiana perseveran y crecen con glorioso aumento; y esta fé de vuestra clemencia no solo me consuela y corrobora, sino tambien conforta á todos los sacerdotes del Señor, experimentando el afecto sacerdotal en un príncipe cristianísimo: á quien si los sacerdotes de las regiones orientales desean imitar, no sufrirán ningun escándalo ni la paz ni la fé cristiana. Por lo cual, siendo enseñado por el ejemplo presente de vuestra clemencia el obispo de Constantinopla para todo progreso de piedad, si se conforma fielmente con vuestras exhortaciones, tendrá en mí una gratitud sincera; con tal que de corazon execute lo que de palabra promete. Mas si por pertinacia prefiriere hacer lo que desagrada á Dios y á vuestra piedad, salva la reverencia que vuestra mansedumbre usare con todos y por todos, apoyándonos tambien vosotros, me valdré de mas libre constancia en contra del soberbio, á quien (lo que debe decirse muchas veces) querria mejor abrazar con caridad fraternal por sus santos actos, emperador gloriosísimo. Mas porque recibis con gusto mis propuestas en favor de la tranquilidad de la fé católica, debeis estar enterado de lo que se me ha significado por las palabras del hermano y coepiscopo mio Julian, á saber, que el impio Eutiches estaba si desterrado por sus culpas, pero que en el lugar donde se hallaba esparcia con mas desesperacion los venenos de las blasfemias en contra de la integridad católica, vomitando con mayor descaro lo que todo el mundo aborrece y condena, para poder engañar á los inocentes. Asi

stituto, in quo habitatores ipsius monachi evangelica apostolicaque doctrina crebrius sunt et plenius roborandi, salubriter, ut arbitror, fiet, si is, qui ipsi monasterio praepositus esse dicitur, a societate vestri Juliani episcopi, quem in speculis propter fidem illic esse constitui, non recedat; cuius assidua visitatione profectus servorum Dei illic habitantium possit augeri. Petitionem autem de festivitate paschali gaudeo ita a pietate vestra susceptam ut confestim (*Nectarium*) agentem in rebus Alexandriam mitteretis de errore removendo, quem sanctae memoriae Theophili constitutio videtur inferre. De qua re, sicut scribere dignamini, quidquid ad pietatis vestrae notitiam perlatum fuerit, jubete me nosse, ut de observantia, quam non licet esse diversam, quid potissimum sit tenendum ecclesia universalis agnoscat. Precor autem, quod vestrae novi clementiae convenire, ut eos maximè tueamini contra omnes insidias, quos mihi et vestrae mansuetudini propter amorem fidei placere cognoscitis, ut eos Constantinopolitanus episcopus laedendi non habeat facultatem. Datum XVII kalendas majas, Aëtio et Studio (2) viris clarissimis consulibus, aera qua supra.

(2) Ex reliquis praeter Alv. in quo: Stueno. Tol 2. Stadio.

EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD LEONEM AUGUSTUM.

DE BLASPHEMIIS NESTORII ET EUTICHETIS, EORUMQUE DIGNO ANATHEMATE.

LEO EPISCOPUS LEONI AUGUSTO.

Promisise me memini, venerabilis Imperator, in causa fidei, de qua clementiam tuam novi piè esse sollicitam, pleniorum humilitatis meae dirigendum esse sermonem: quem nunc, auxiliante Domino, fideli occasione persolvo, ut sancto pieta-

pues, juzgo razonable que vuestra clemencia mande que sea enviado á lugares mas lejanos y secretos. Será, segun creo, saludable para su monasterio establecido en Constantinopla, cuyos monges deben ser con mas frecuencia instruidos y confortados en la doctrina evangélica y apostólica, que el que se dice prelado de este monasterio no se aparte de la comunión del obispo Juliano, venerador vuestro, á quien establecí por centinela de la fé en esa parte; con cuyas asiduas visitas puede aumentarse en este monasterio el aprovechamiento de los siervos de Dios. Me alegro tambien de que la petición que se os hizo acerca de la celebración de la festividad paschal haya sido tan bien recibida por vuestra piedad; pues que inmediatamente enviásteis á Alejandría un agente para prevenir este error, al cual la constitucion de Teófilo, de venerable memoria, parece inducir. Acerca de cuya resolución mandad que sepa yo, segun os dignais escribir, cuanto llegare á noticia de vuestra piedad; para que la iglesia universal conozca lo que debe especialmente guardar relativo á la disciplina, la que no es lícito sea diversa. Pido pues lo que se que cuadra á vuestra clemencia, esto es, que defendais especialmente en contra de todas las asechanzas á los que conoceis que agradan á mí y á vuestra mansedumbre por el amor que profesan á la fé, á fin de que el obispo de Constantinopla no tenga facultad alguna para hacerles daño. Escrita el dia 15 de Abril en el consulado de los clarísimos varones Aecio y Studio, en la era ya mencionada.

LX.

EPISTOLA DEL MISMO PAPA LEON AL EMPERADOR LEON.

ACERCA DE LAS BLASFEMIAS DE NESTORIO Y EUTICHES, Y DE SU DIGNO ANATEMA.

EL OBISPO LEON AL EMPERADOR LEON.

Me acuerdo, emperador venerable, haber prometido dirigir una homilia mas completa de mi humildad en materia de fé, en favor de la cual conozco que tu clemencia está piadosamente sollicita: voto que ahora, con auxilio de Dios, cumplo en

tis tuae studio utilis, quantum arbitror, deesse non possit instructio. Quamvis enim sciam clementiam tuam humanis institutionibus (*instructionibus*) non egere, et sincerissimam de abundantia Spiritus sancti hausisse doctrinam; officii mei tamen est et patefacere quod intelligis et praedicare quod credis, ut ignis ille, quem Dominus veniens misit in terram, motu crebrae meditationis agitata sic concalescat (*convalescat*) ut ferveat, et sic inflametur ut luceat. Magnas (a) enim caligines (b) eutichiana haeresis orientis partibus inferre molita est, et ab illa luce, quae, sicut evangelium loquitur, lucet in tenebris, et tenebrae eam non comprehenderunt, imperitorum oculos tentavit avertere: quumque ipse (*ipsa*) in suam reciderit caecitatem, nunc in discipulis recrudescit, quod in auctore defecit. Non longo namque temporis intervallo catholica fides, quae est singularis et vera, cui nihil addi nihilque minui potest a duobus est hostibus oppetita (*appetita*), quorum prior Nestorius, Eutiches secundus emersit: qui ecclesiae Dei duas haereses sibimet contrarias inferre voluerunt, ut uterque a praedicatoribus veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod varia falsitate ambo senserunt.

Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis; aliam faceret deitatis; nec unum Christum in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatim atque sejunctim alterum filium Dei, alterum hominis praedicaret; quum manente illa incommutabili Verbi essentia, quae ei cum Patre et cum Spiritu Sancto intemporalis atque coaeterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, ut per id, quod ineffabile est sacramentum, uno conceptu unoque partu secundum veritatem utriusque naturae eadem virgo et ancilla Domini esset et mater. Quod etiam Elisabeth, sicut Lucas evangelista declarat, intellexit, et dixit: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Eutiches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum haeticorum volutatus errores tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanae carnis atque animae veritate totum Dominum nostrum Jesum Christum unius assereret esse naturae, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque converteret, et concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, et ascendere in coelum, et in Patris dextera, unde ad judicandos vivos et mortuos veniet, consedere, divinae tantum essentiae fuerit, quae nihil horum in se sine carnis recipit

esta oportuna ocasion, para que no pueda faltar al santo estudio de tu piedad la útil instruccion, segun mi juicio. Pues aunque sé que tu clemencia no necesita de la doctrina de los hombres, y que has bebido la mas sana del manantial del Espíritu Santo; sin embargo, me corresponde hacer patente tu inteligencia y publicar tu fé, para que aquel fuego que al venir el Señor envió sobre la tierra, agitado con el movimiento de la frecuente meditacion, se avive hasta hervir, y se inflame hasta arrojar luz. La heregia eutiquiana trató de introducir grandes tinieblas en el Oriente, y apartar los ojos de los ignorantes *de aquella luz*, que segun dice el evangelio, *luce en las tinieblas, y las tinieblas no la comprendieron*; y habiendo esta misma recaido en su ceguedad, ahora se reproduce con mucho vigor en los discípulos lo que faltó en el maestro: pues en un corto espacio de tiempo la fé católica, que es la única verdadera, y á la que nada puede añadirse ni quitarse, ha sido combatida por dos enemigos, el primero Nestorio, y el segundo Eutiches; los cuales quisieron introducir en la iglesia de Dios dos heregias contrarias; por lo que ambos fueron con razon condenados por los que predicán la verdad; puesto que fué necio y demasadamente sacrilego lo que con falsedad diversa opinaron ambos.

Anatematícese por lo tanto á Nestorio, el cual creyó que la bienaventurada Virgen María no era madre de Dios, sino solo del hombre; de manera que otorgó una persona á la carne, y otra á la divinidad. Tampoco quiso que hubiese un solo Cristo en el Verbo de Dios y en la carne, sino que sostuvo que con separacion y distincion uno era Hijo de Dios y otro del hombre; siendo asi que permaneciendo aquella incommutable esencia que es intemporal y coeterna á él con el Padre y con el Espíritu Santo, de tal modo se hizo carne el Verbo dentro de las entrañas de la Virgen, que por este sacramento inefable, mediante una concepcion y un solo parto, segun la verdad de ambas naturalidades, la misma vírgen fué sierva de Dios y tambien madre suya. Lo que Santa Isabel, segun dice el evangelista San Lucas, entendió y dijo: *¿de dónde me viene el honor de que la madre de mi Señor venga á visitarme?* Castíguese tambien con el mismo anatema á Eutiches, el cual revolcándose en los impíos errores de los antiguos hereges, adoptó el tercer dogma de Apolinar; de modo que, negada la verdad de la carne humana y del alma, afirmó que todo el Señor nuestro Jesucristo era de una sola naturaleza; como si la misma divinidad del Verbo se convirtiera en carne y alma; y como si el ser concebido y nacer, ser alimentado

(a) En algunos códices entre este y el siguiente §. se coloca este título: Quod in non hominis nomine tantum Christum esse.

(a) En otros códices extranjeros empieza aquí el §. I, y lleva por epigrafe el que hemos puesto á toda la carta, á saber:

De blasphemii Nestorii et Eutichetis, eorumque digno anathemate.

(b) Magna caligine se inferre.

veritate : quoniam natura Unigeniti natura est Patris, natura est et Spiritus sancti, simulque impassibilis; simul est incommutabilis sempiternae Trinitatis indivisa unitas, et consubstantialis aequalitas. Unde si ab Apollinaris perversitate eutichianus quisque desciscit, ne convincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, et tamen Verbi incarnati, id est Verbi et carnis unam audeat dicere (1) naturam, manifestè in Valentini et Manichaei transit insaniam, et mediatorem Dei et hominum hominem Jesum Christum simulatoriè credit omnia egisse, nec humanum in ipso corpus sed phantasmaticam corporis speciem oculis apparuisse se cernentium. Quae impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, et aliarum assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eandem (2) nos fidem praedicare atque defendere quam sancta synodus Nicaena confirmavit, dicens: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilium et invisibilium factorem, et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, natum de Patre, Unigenitum, hoc est, de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero, natum, non factum, unius substantiae cum Patre, quod graeci dicunt *homousion*: per quem omnia facta sunt sive quae in coelo, sive quae in terra: et incarnatus est, et homo factus passus (3) est, et resurrexit tertia die: ascendit in coelos, venturus iudicare vivos et mortuos: Et in Spiritum sanctum. In qua professione hoc evidentissimè continetur, quod etiam nos de Domini incarnatione confitemur (4) et credimus, qui ad salutem humani generis reformandam veram carnem nostrae fragilitatis non de coelo secum detulit, sed in utero virginis matris assumpsit (5).

y crecer, ser crucificado y morir, ser enterrado y resucitar, y subir al cielo, y sentarse á la diestra de Dios Padre, para venir desde allí á juzgar á los vivos y á los muertos, fuera propio de sola la divina esencia, la cual nada de estas cosas recibe en sí sin la verdad de la carne; porque la naturaleza del Unigénito es la del Padre, y también la del Espíritu Santo: impassible y al propio tiempo incommutable, unidad indivisa de la sempiterna Trinidad é igualdad consustancial. Por lo que si bien el eutiquiano se separa de la perversidad de Apolinar, para que no se le convenza de que juzga que la divinidad es pasible y mortal; sin embargo, como que se atreve á decir, que es una sola naturaleza del Verbo encarnado, esto es, del Verbo y de la carne, cae manifestamente en el error de Valentino y Manes, creyendo que el mediador entre Dios y los hombres, el hombre Jesucristo, hizo todas las cosas por ficción; no habiendo existido en el cuerpo humano, sino que se presentó á los ojos de los que le miraban como una especie fantástica de cuerpo. Cuyas mentiras de impiedad toda vez que ya desde antiguo las detesta la fé católica, y los sacrilegios de las otras doctrinas sabemos están condenados en todo el mundo desde hace tiempo por las unánimes sentencias de los bienaventurados Padres, no hay duda de que nosotros predicamos y defendemos la misma fé que confirmó el santo concilio de Nicea, diciendo: Creemos en un solo Dios Padre omnipotente, hacedor de todas las cosas visibles é invisibles, y en un solo Señor nuestro, Jesucristo, Hijo de Dios, nacido Unigénito del Padre, esto es, de la sustancia del Padre, Dios de Dios, luz de luz, Dios verdadero de Dios verdadero, nacido, no hecho, de una misma sustancia con el Padre, á lo que los griegos llaman *homousion*; por quien fueron hechas todas las cosas en el cielo y en la tierra: el que por nosotros y por nuestra salvacion descendió del cielo y encarnó, y hecho hombre, padeció, y resucitó al tercero dia; subió á los cielos, y vendrá á juzgar á los vivos y á los muertos: y en el Espíritu Santo. En cuya profesion se contiene evidentísimamente lo que tambien nosotros confesamos y creemos acerca de la Encarnacion del Señor, el cual para volver á su primer estado la salvacion del género humano, no trajo desde el cielo la verdadera carne de nuestra fragilidad, sino que la tomó en el vientre de su madre Virgen.

Quicumque ergo illi sunt ita obcaecati et a lumine veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore incarnationis humanae carnis denegent veritatem, osten-

Mas aquellos que están tan obcecados y tan distantes de la luz de la verdad, que niegan al Verbo de Dios desde el tiempo de la Encarnacion la

(1) In reliquis praeter Alv. : pronuntiare.

(2) Æ. Bibl. Reg. eam.

(3) Esc. 3. passus sub Pontio Pilato.

(4) Esc. 3. profitemur.

(5) En algunos códices entre este, y el siguiente §. se coloca este título: *Quod in una Domini nostri Jesu Christi persona gemina sit deitatis et humanitatis adserenda natura.*

dant in quo sibi christianum nomen usurpent, et cum evangelio veritatis qua ratione concordent, si beatae Virginis partu aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, evangelista dicente, quod Verbum caro factum est et habitavit in nobis, ita negari non potest, beato apostolo Paulo praedicante, quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. ¿Quae autem reconciliatio esse posset quae humano generi repropitiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet? ¿Qua verò ratione veritatis mediatorem implet, nisi qui in forma Dei aequalis est Patri in forma servi particeps esset et nostri, ut mortis vinculum unius praevaricatione contractum unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim pro injustis sanguinis Christi (*justi Christi*) tam (a) fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederent, nullum diaboli vincula retinerent, quoniam sicut Apostolus ait: *Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia*. Et quum sub peccati praejudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factus est donum libertatis quam debitum servitutis. ¿Quam itaque sibi in hujus sacramenti praesidio spem relinquunt, qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. ¿*Quis est, ut Apostolus ait, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis?* Aut quod unquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus et aeternus Pontifex altari crucis per immolationem suae carnis imposuit? Quamvis enim multorum sanctorum in conspectu Domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas, et de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiae, non dona justitiae. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, quum inter filios hominum unus solus Dominus noster Jesus Christus, qui verè erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Quum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum*. Fides est enim vera justificans impios et creans justos, ad humanitatis suae tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostrae humilitate congressus his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno Domino Jesu Christo vero Dei atque hominis Filio Verbi et carnis una persona sit, quae inseparabiliter atque indivisè communes habeat ac-

realidad de la carne, manifiesten en qué se apoyan para llamarse cristianos, y de qué modo se ponen de acuerdo con el evangelio de la verdad, si es cierto que en el parto de la bienaventurada Virgen ó nació la carne sin divinidad ó la divinidad sin carne. Porque así como no puede negarse, como dice el evangelista, que el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros; tampoco podrá, según manifiesta el bienaventurado apóstol San Pablo, que Dios estaba en Cristo, reconciliando al mundo consigo. ¿Y qué reconciliación podría haber por la que Dios perdonase al género humano, si el mediador entre Dios y los hombres no tomara sobre sí la causa de todos? ¿Y de qué manera llenaría la verdad de mediador, sino tomando participación de nosotros en la forma de siervo, el que en la forma de Dios es igual al Padre, para que el vínculo de la muerte contraído por la praevaricación de uno solo, se rompiera por la muerte del único que nada debía á la muerte? Pues la efusión de la sangre de Cristo el justo por los injustos fue de tanto precio, que si todos los cautivos creyeran en su Redentor, á nadie retendrían los vínculos del diablo; porque según dice el Apóstol, cuando creció el pecado, sobresalió la gracia. Y habiendo los nacidos en pecado original recibido la potestad de renacer para justicia, se hizo de más valor el don de la libertad que la deuda de la servidumbre? Y qué esperanza dejan para sí en este sacramento los que niegan en nuestro Salvador la realidad del cuerpo humano? Digan, pues, con qué sacrificio han sido reconciliados, y con qué sangre redimidos. ¿*Quién es, como dice el Apóstol, el que se entregó á sí mismo por nosotros en ofrenda y hostia á Dios en olor de suavidad?* ¿O qué sacrificio ha habido mas sagrado que el que el verdadero y eterno pontífice impuso al altar de la cruz por la inmolation de su carne? Pues aunque la muerte de muchos santos haya sido preciosa ante el Señor; sin embargo, la muerte de ningun inocente ha sido la redención del mundo: los justos recibieron, pero no dieron las coronas; y de la fortaleza de los fieles nacieron los ejemplos de la paciencia, mas no los dones de la justicia. Los méritos fueron singulares en cada uno en particular; ni nadie pagó con su muerte la deuda de otro; siendo así que entre los hijos de los hombres solo nuestro señor Jesucristo, era el verdadero cordero sin manilla, en el que todos los crucificados, todos los muertos, todos los sepultados, todos tambien fueron resucitados. Acerca de los cuales decía el mismo: *Cuando yo fuere alzado de la tierra todo lo atraeré á mí mismo*. Pues la fé verdadera que justifica á los impios y que crea á los justos, dirigida al que participa de nuestra humanidad, adquiere la salud en aquel so-

(a) Potens fuit ad privilegium tam dives, etc.

tiones; intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sincerae fidei contemplatione discernendum est, ad quae provehatur humilitas carnis, et ad quae inclinetur altitudo deitatis; quid sit quod caro sine Verbo non agit, et quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo nec pareret, et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum stella indice declaratum; et sine veritate carnis non juberetur transferri in Aegyptum puer et ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de coelo: *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite: et sine veritate carnis non protestaretur Joannes: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debiliū, et vivificatio mortuorum; et sine veritate carnis nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremò sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur aequalem; et sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem; quum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quae secundum confessionem beati apostoli Petri unum Christum Dei vivi filium et hominem credit et Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quod in utero virginis Verbum caro factum est, nihil unquam inter utramque formam divisionis extiterit, et per omnia incrementa corporea unius personae fuerint totius temporis actiones; ea ipsa tamen, quae inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus; sed quid cuius formae sit ex operum qualitate sentimus.

(a) Dicant ergo isti hypocritae, qui caecis mentibus lumen nolunt recipere veritatis; in qua forma crucis ligno Dominus majestatis Christus affixus sit? quid jacuerit in sepulchro, et revolutò monumenti lapide quae tertio die caro surrexerit, et in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, et haesitationem cunctantium confutabat, quum diceret: *Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere?* et apostolo Thomae: *Infer manum tuam in latus meum, et vide manus meas et pedes, et noli esse incredulus et (sed) fidelis?* Qua utique manifestatione corporis sui jam haereticorum mendacia destruebat, ut universa ecclesia, Christi imbuenda doctrinis, hoc non sibi dubitaret credendum quod apostoli susceperant praedicandum. Ac si in tanta luce veritatis tenebras suas haeretica obduratio non relinquit, ostendant unde sibi spem vitae polliceantur aeternae, ad quam nisi per mediatorem Dei et ho-

— 200 —

lo en quien el hombre se halla inocente, teniendo libertad, mediante la gracia de Dios, para gloriarse del poder de aquel, que colocado en contra del enemigo del género humano en la humildad de nuestra carne, concede su victoria á aquellos en cuyo cuerpo triunfó. Y aunque en solo nuestro Señor Jesucristo, hijo verdadero de Dios y del hombre, sea una sola la persona del Verbo y de la carne, con acciones comunes inseparable é indivisiblemente; sin embargo las cualidades de sus obras deben entenderse, y ha de discernirse por la contemplacion de la sincera fé, á qué cosas la humildad de la carne sirve, y á qué otras se inclina la altura de la divinidad; qué es lo que la carne no hace sin el Verbo, y qué es lo que el Verbo no verifica sin la carne. Sin el poder del Verbo ni concibiria ni pariria la Virgen, y sin la verdad de la carne la infancia envuelta en los pañales no existiria; sin el poder del Verbo no adorarian los magos al niño indicado por la estrella conductora, y sin la verdad de la carne no se mandaria que fuera conducido á Egipto el niño, y sustraído á la persecucion de Herodes. Sin el poder del Verbo no diria la voz del Padre desde el cielo: *Este es mi hijo amado en quien me he complacido, oídle;* y sin la verdad de la carne no diria San Juan: *Hé aquí el cordero de Dios; Hé aquí al que quita los pecados del mundo.* Sin el poder del Verbo no se haria la reintegracion de los débiles, y la vivificacion de los muertos; y sin la verdad de la carne no sería necesario el alimento para el que estaba en ayunas, ni el sueño para el cansado. Ultimamente sin el poder del Verbo no diria el Señor que era igual al Padre, y sin la verdad de la carne no diria el mismo, que el Padre era mayor que él; cuyas dos cosas recibe la fé católica y las defiende: la cual, siguiendo la confesion del bienaventurado apóstol San Pedro, cree que el Unigénito Cristo, Hijo de Dios el vivo, es hombre y tambien Verbo. Así pues, aunque desde aquel principio en que el Verbo se hizo carne en el vientre de la Virgen, no haya existido jamás entre ambas formas division alguna, y las acciones de todo tiempo hayan sido de una sola persona en todos los incrementos corporales; sin embargo no confundimos con ninguna mezcla aquellas mismas cosas que se hicieron inseparablemente, sino que por la cualidad de las obras conocemos qué cosa corresponde á cada forma. Digan pues estos hipócritas, que por la ceguedad de su mente no quieren recibir la luz de la verdad, ¿en qué forma el Señor de la magestad, Cristo, fué clavado en el leño de la cruz? Qué es lo que estuvo enterrado en el sepulcro? ¿y qué carne es la que resucitó al tercer dia, quitada la

— 200 —

(a) En todos nuestros códices falta el período siguiente, que nosotros no hemos tenido inconveniente en tomar de los estrangeros: *Nec divina enim humanis praejudicant, nec*

humana divinis: cum ita in idipsum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas absumatur, nec persona geminetur.

minum hominem Jesum Christum non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus: *Non est aliud nomen datum hominibus sub coelo in quo oporteat nos salvos fieri, nec est redemptio captivitatis humanae, nisi in sanguine ejus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, et sicut predicat beatus apostolus Paulus, quum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo: humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Quum ergo unus sit Dominus Jesus Christus, et verae deitatis veraeque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen, qua illum, sicut Doctor gentium dicit, exaltavit Deus et donavit illi nomen, quod super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, quae ditanda erat tantae glorificationis augmento.*

... y en cuál argüia despues de su resurreccion á los discípulos incrédulos, y refutaba la duda de muchos, cuando les decia: Tocad y ved, porque el espíritu no tiene carne ni huesos, como veis que yo tengo? y al apóstol Santo Tomas: Mete tu mano en mi costado, y mira mis manos y pies, y no seas incrédulo, sino fiel. Con cuya manifestacion de su cuerpo de tal manera destruia las mentiras de los hereges, que la iglesia universal, que habia de ser empapada de las doctrinas de Cristo, no tenia duda en creer lo que los apóstoles se habian comprometido á predicar. Y si en medio de una luz tan grande de verdad la endurecida heregia no abandona sus tinieblas, manifieste de donde se promete la vida eterna, á la cual no puede llegarse sino por el mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo; pues, segun dice el bienaventurado apóstol San Pedro: No hay otro nombre debajo del cieio, dado á los hombres, en que nos sea necesario ser salvos; ni se redime el cautiverio de los hombres, sino en la sangre del que se entregó á sí mismo para redimir á todos; quien, segun dice el bienaventurado apóstol San Pablo, siendo en forma de Dios no tuvo por usurpacion el ser él igual á Dios: sino que se anonadó á sí mismo tomando forma de siervo, hecho á la semejanza de hombre, y hallado en la condicion como hombre: se humilló á sí mismo, hecho obediente hasta la muerte, y muerte de cruz: por lo cual Dios tambien lo ensalzó, y le dió un nombre que es sobre todo nombre: para que al nombre de Jesus se doble toda rodilla de los que están en los cielos, en la tierra y en los infernos, y toda lengua confiese, que el Señor Jesucristo está en la gloria de Dios Padre. Siendo pues uno solo el Señor Jesucristo, y siendo en él una é idéntica la persona de la verdadera divinidad y la de la verdadera humanidad, sin embargo entendemos que pertenece á aquella forma, que habia de ser enriquecida con el aumento de tanta glorificacion, la exaltacion, en virtud de la cual, segun el Doctor de las gentes dice, Dios le exaltó, y le dió un nombre que sobresale sobre todo nombre.

In forma quippe Dei aequalis erat Filius Patri, et inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in majestate diversitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis deitas sacramentum magnae pietatis implevit, humana humilitas est, quae in gloriam Divinae potestatis evecta est in tanta unitate ab ipso conceptu Virginis deitate et humanitate conserta, ut nec sine homine divina nec sine Deo agerentur humana. Propter quod sicut Dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate aequalis est Deo dicitur exaltatus, quia inseparabiliter, manente unitate personae, unus atque idem est et totus hominis filius propter carnem, et totus

En la forma de Dios era igual el Hijo al Padre, y no habia diferencia alguna en la esencia entre el Padre y el Unigénito, ninguna diversidad en la magestad, ni por el misterio de la encarnacion se habia quitado algo al Verbo que le fuese vuelto por don del Padre. Mas la forma de siervo, mediante la cual la divinidad impassible cumplió el sacramento de la gran piedad, es la humildad humana, que fué levantada en gloria de la potestad divina en una unidad tan grande, enlazada desde la misma concepcion de la Virgen con la divinidad y humanidad, de modo que sin el hombre no se ejecutasen las cosas divinas, ni sin Dios las humanas. Por lo cual, así como se dice que el Señor de la magestad fué crucificado, del mismo modo, aquel que es igual á Dios por la sempiternidad, se dice haber sido exalta-

Dios por la sempiternidad, se dice haber sido exalta-

Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quid-
 quid enim in tempore accepit Christus, secundum
 hominem accepit, cui quae non habuit confer-
 rentur. Nam secundum potentiam deitatis indi-
 ferenter omnia, quae habet Pater, etiam Filius
 habet; et quae in forma servi a Patre accepit,
 eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secun-
 dum formam enim Dei ipse et Pater unum sunt;
 secundum formam autem servi non venit facere
 voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit
 eum. Secundum formam Dei, sicut Pater habet
 vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vi-
 tam in semetipso. Secundum formam servi tristis
 est anima ejus usque ad mortem. Secundum for-
 mam Dei mortuis vitam noscitur contulisse; et
 idem ipse est, sicut Apostolus praedicat, et di-
 ves et pauper; dives, quia, evangelista dicente,
*In principio erat Verbum, et Verbum erat apud
 Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in princi-
 pio apud Deum; omnia per ipsum facta sunt. et
 sine ipso factum est nihil: pauper verò, quia prop-
 ter nos Verbum caro factum est et habitavit in no-
 bis.* Quae autem est ejus exinanitio, quaeve pau-
 pertas, nisi formae servilis acceptio, per quam
 Verbi majestate velata dispensatio humanae redem-
 ptionis impleta est? Nam quia captivitas nostrae
 resolvi originalia vincula non poterant, nisi exis-
 teret homo nostri generis nostraeque naturae,
 quem peccati praejudicia non tenerent, et qui im-
 maculato sanguine suo chirographum letale dilue-
 ret, sicut ab initio erat divinitus praeordinatum;
 ita est in plenitudine praefiniti temporis factum,
 ut multis modis significata promissio in diu ex-
 pectatum veniret effectum, nec posset esse am-
 biguum, quod continuis testificationibus semper
 fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se
 versari haereticorum manifestat impietas, quum
 sub specie deitatis honorandae humanae carnis in
 Christo denegat veritatem, et religiosè existimat
 credi, si dicatur in Salvatore nostro verum non
 esse quod salvat, quum ita secundum promissio-
 nem omnia secula percurrentem mundus sit Deo
 reconciliatus in Christo, ut nisi Verbum digna-
 retur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne
 enim sacramentum fidei christianae magno, ut
 haeretici volunt, decoloratur obscuro, si lux ve-
 ritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis.
 Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet
 christianus de nostri in Christo corporis veritate,
 quia omnes apostoli apostolorumque discipuli,
 et praeclari ecclesiarum quique doctores, qui ad
 martyrii coronam vel ad confessionis meruerunt
 gloriam pervenire, in hujus fidei lumine splen-
 duerunt, consonis ubique sententiis intonantes quod
 in Domino Jesu Christo deitatis et carnis una sit
 confitenda persona. Quae autem rationis similitu-
 dine, qua divinorum voluminum portione haeretica
 impietas se aestimat adjuvari quae veritatem negat
 corporis Christi, quum hanc non lex testificari, non

do; porque inseparablemente, permaneciendo la
 unidad de la persona, es uno é idéntico, é Hijo
 completo del hombre por la carne, é Hijo com-
 pleteo de Dios por la sola divinidad con el Padre.
 Cualesquiera cosas que Cristo recibió en tiempo,
 las recibió como hombre, al cual le sería con-
 ferido lo que no tuvo: porque segun el poderío
 de la divinidad tiene indiferentemente el Hijo to-
 das las cosas que el Padre: y lo que recibió del
 Padre en la forma de siervo, se lo dió él mismo
 en la forma de Dios; porque en cuanto Dios, él
 y el Padre son uno solo; mas en cuanto siervo no
 vino á hacer su voluntad, sino la de aquel que
 le envió. Segun la forma de Dios, así como el
 el Padre tiene vida en sí mismo, del mismo mo-
 do concedió al Hijo el tenerla en sí mismo. Se-
 gun la forma de siervo, está su alma triste hasta
 la muerte; y segun la forma de Dios, se sabe que
 dió la vida á los muertos: y él, segun dice el Após-
 tol, es rico y pobre; rico, porque dice el Evan-
 gelista: *En el principio era el Verbo, y el Verbo
 estaba en Dios, y Dios era el Verbo; esto era en
 el principio en Dios, todas las cosas fueron hechas
 por él, y sin él nada se hizo; y pobre, porque
 por nosotros, el Verbo se hizo carne y habitó en-
 tre nosotros.* ¿Y cuál es su destruccion, cuál su
 pobreza, sino la recepcion de la forma de siervo,
 mediante la cual, oculta la magestad del Verbo, se
 cumplió el misterio de la redencion humana? Por-
 que toda vez que las prisiones originales de nues-
 tra cautividad no podian ser destruidas á no ha-
 ber existido un hombre de nuestra clase y natu-
 raleza sin pecado original, que con su sangre in-
 maculada cancelára la cédula del decreto que ha-
 bia contra nosotros, segun se habia determinado
 por Dios desde el principio; por eso sucedió en
 la plenitud del tiempo marcado, que la promesa
 significada de muchas maneras se redujera al efec-
 to esperado tanto tiempo, ni podria ser dudoso
 lo que siempre habia sido anunciado por continuos
 testimonios. La impiedad de los hereges manifies-
 ta que comete un gran sacrilegio, negando la
 verdad de la carne humana en Cristo bajo pre-
 testo de honrarla divinidad, y juzga que es creen-
 cia religiosa decir que en nuestro Salvador no
 es verdadero lo que salva, siendo así que segun
 la promesa de todos los siglos el mundo se ha
 reconciliado con Dios en Cristo, de modo que
 si el Verbo no se hubiera dignado hacerse carne,
 ninguna carne podria salvarse. Pues todo el sacra-
 mento de la fé cristiana, segun quieren los here-
 ges, se oscurece, si se cree que la luz de la ver-
 dad está oculta bajo el velo de un fantasma. No de-
 be pues por lo tanto ruborizarse ningun cristiano
 de confesar en Cristo la realidad de nuestro cuer-
 po, porque todos los apóstoles y sus discipulos, y
 los esclarecidos doctores de la Iglesia, que mere-
 cieron la corona del martirio ó la gloria de la con-
 fesion, resplandecieron en la luz de esta fé, dicién-

prophetia praecinere, non evangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quaerant per omnem seriem scripturarum, quò tenebras suas fugiat, non quò verum lumen obscuret, et per omnia secula ita veritatem invenient coruscantem, ut magnum hoc et mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo quum sanctarum litterarum nulla pars si- leat; sufficit quaedam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, et sincera intelligentiae luce perspiciat: quod in filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis et hominem profitetur, non sit christianis erubescendum, sed constantissimè gloriandum. Ut autem pietas tua cum venerabilium patrum praedicationibus nos concordare cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subjiciendas esse sermoni. Quibus si digneris attendere recensitis, non aliud nos praedicare reperies, quàm quod sancti patres nostri toto orbe docuerunt, nec quemquam ab illis nisi solos impios haereticos discrepare. His igitur, gloriosissime et venerabilis Imperator, quanta potui brevitate perstrictis, cum inspirata tibi divinitus fide etiam nostram praedicationem unitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab evangelica apostolicaque doctrina, vel a catholicae professionis symbolo discrepare, quoniam, sicut docet beatus apostolus Paulus, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in Spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria. ¿Quid igitur tuae utilius est saluti, quid tuae congruentius pietati, quàm ut paci ecclesiarum Domini tua constitutione prospicias, et in omnibus tibi subditis Dei dona defendas, neque ulla ratione patiaris per invidiam diaboli ministros ipsius in cujusquam saevire perniciem, ut qui in hoc seculo temporali emines regno, in aeternum merearis regnare cum Christo (1)?

Sancti Hilarii Pictaviensis episcopi et confessoris de fide in libro secundo inter cetera: Unum igitur hoc est immobile fundamentum, una haec felix fidei petra Petri ore confessa: Tu es, inquit, Christus

do por todas partes con sentencias conformes, que debe confesarse en nuestro Señor Jesucristo una sola persona de divinidad y de carne, ¿Y en qué viso de razon, en qué testos de libros divinos la impiedad herética juzga que puede apoyarse para negar la verdad del cuerpo de Cristo; siendo así que la ley nos lo testifica, nos lo canta la profecía, nos lo enseñan los evangelios, y hasta el mismo Cristo no ha dejado de manifestarlo? Busquen entre todas las Escrituras la manera de ahuyentar sus tinieblas, no el modo de oscurecer su luz; y en todos los siglos hallarán la verdad tan resplandeciente, que se convencerán de que este grande y admirable sacramento fué creído desde el principio y completado en el fin. Y como que de esto no hay ni una sola página de las sagradas letras que calle, basta haber puesto algunos signos conformes á la verdad, mediante los cuales la vigilancia de la fé sea dirigida con brillantísima latitud, y vea por la sincera luz de la inteligencia que en el Hijo de Dios, que se declara á sí mismo incesantemente Hijo del hombre y hombre, no deben ruborizarse los cristianos, sino gloriarse constantísimamente. Y para que tu piedad conozca que nosotros estamos mas acordes con lo predicado por los venerables Padres, he creído deber poner aquí algunas sentencias; y si te dignas prestarlas atencion, hallarás, que nosotros no decimos otra cosa que lo que los Santos Padres enseñaron en todo el orbe; y que ninguno se separa de ellos, sino los impíos hereges. Tocadas estas cosas con toda la brevedad que he podido, gloriosísimo y venerable emperador, conocerás por la fé, que por inspiracion divina tienes, que nuestra predicacion está conforme, y que no discrepamos en nada de la doctrina evangélica y apostólica, ni del símbolo de la profesion católica; porque segun enseña el bienaventurado apostol San Pablo: *Es grande el sacramento de la piedad, que se manifestó en carne, se justificó en espíritu, apareció á los ángeles, fue predicado á los gentiles, ha sido creído en este mundo, y ha sido recibido en la gloria.* ¿Y qué otra cosa hay mas útil á tu salvacion y mas conforme á la piedad que mirar con tus leyes por la paz de las iglesias del Señor, y defender los dones de Dios en todos los que te están sujetos; no permitiendo bajo ningun concepto que á causa de la envidia del diablo sus ministros se ensañen contra algunos: para que tú, que brillas por tu trono en este siglo temporal, merezcas reinar con Cristo eternamente?

De San Hilario, obispo de Poitiers y confesor, en el libro II, acerca de la fé, entre otras cosas. Es pues uno solo este inmoble fundamento, una esta feliz piedra de la fé, confesada por boca de

(1) In quibusdam codicibus inter hunc et sequentem paragraphum inscribitur; Sequuntur dehinc testimonia excerpta pro

re supra scripta de libris catholicorum Patrum a Leone papa collecta, Leonique imperatori directa.

Filius Dei vivi; tanta in se argumenta sustinens veritatis, quanta perversitatum quaestiones et infidelitatis calumniae movebuntur. Jam in ceteris dispensatio voluntatis paternae est. Virgo, partus, et corpus, postque crux, mors, inferi salus nostra est. Humani enim generis causâ Dei Filius natus est ex virgine et Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, et sua, Dei videlicet, innumbrante virtute, corporis sibi initia (*consecvit*) consecvit (2), et exordia carnis instituit, ut homo factus ex virgine naturam in se carnis acciperet, perque hujus admixtionis societatem sanctificatum in eo universi generis humani corpus existeret, ut quemadmodum omnes in se per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse per id quod ejus est invisibile referretur. Dei igitur imago invisibilis pudorem humani exordii non recusavit, et per conceptionem, partum, vagitum, et cunas, omnes naturae nostrae contumelias transcucurrit. ¿Quid tandem dignum a nobis tantae dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a Deo originis unus unigenitus Deus, in corpusculi humani formam sanctae Virginis utero insertus accrescit; qui omnia continet, et intra quem et per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur, et ad cujus vocem archangeli atque angeli tremunt, coelum, et terra, et omnia hujus mundi resolvuntur elementa, vagitu infantiae auditur. Qui invisibilis, et incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cunis est obvolutus. Haec si quis indigna Deo recolit, tanto se majoris beneficii obnoxium confitebitur, quanto minus haec Dei convenerint majestati. Non ille eguit homo effici per quem homo factus est; sed nos eguimus ut Deus caro fieret et habitaret in nobis, id est, assumptione carnis unius interna (*membra*) universae carnis incoheret. Humilitas ejus nostra nobilitas est: contumelia ejus noster honor est. Quod ille est Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renovati. *Item ejusdem in libro nono inter cetera:* Nescit plane vitam suam, nescit, qui Christum Jesum et verum Deum, ita et verum hominem ignorat, et ejusdem periculi res est Christum Jesum vel Spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in coelis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui est in coelis. Haec Verbum caro factum loquebatur, et homo Jesus Christus Dominus majestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiae constitutus, et ipso illo inter Deum et homines mediatoris sacramento utrumque unus existens, dum ipse ex unitis in id ipsum naturis naturae utriusque res eadem est: ita tamen ut neutro careret in utroque, ne fortè Deus esse

San Pedro, pues dijo así: *Tú eres Cristo el Hijo de Dios el vivo*; conteniendo en sí tantos argumentos de verdad, cuantas sean las cuestiones de las perversidades y las calumnias de infidelidad que se susciten. En las demás cosas existe la dispensa de la voluntad paterna. Nuestra salvación consiste en una virgen, en el parto, en el cuerpo y después en la cruz, en la muerte, en los infiernos. El Hijo de Dios nació por los hombres de una Virgen y del Espíritu Santo, sirviéndose á sí mismo en esta operación, y haciendo sombra su virtud, esto es, la de Dios, se consagró los principios de cuerpo, é instituyó los de la carne, para que hecho hombre de una virgen, recibiera en sí la naturaleza de la carne, y mediante esta mezcla se santificara en su cuerpo todo el género humano, para que así como todos serían creados en sí por haber querido él ser corporal, del mismo modo después él mismo se refiriese en todos, por lo que es invisible. Pues la imagen invisible de Dios no rehusó el pudor del principio humano, y mediante la concepción, el parto, los gemidos, y las cunas pasó todas las afrentas de nuestra naturaleza: ¿Y con qué pagaremos nosotros el afecto de una dignación tan grande? Un solo Unigénito de Dios, del origen inenarrable de Dios, crece en el vientre de la santa Virgen en forma de cuerpecillo humano; el que contiene todas las cosas, y dentro del cual y por cuyo medio existe todo, se sujeta á la ley del parto humano, y aquel á cuya voz tiemblan los arcángeles y ángeles, y con la que se destruirán el cielo, la tierra, y todos los elementos de este mundo, es oído en el llorar de la infancia. El que es invisible é incomprendible, no sujeto ni á la vista, percepción, ni tacto, fue mecido en la cuna. Y si alguno cree que estas cosas son indignas de Dios, debe confesarse por ello tanto más agradecido á un beneficio tanto mayor, cuanto menos convengan estas cosas á la magestad de Dios. No necesitó hacerse hombre aquel por quien el hombre fue hecho; antes por el contrario nosotros necesitamos que Dios se hiciera carne y viviera entre nosotros, esto es, que por la asunción de la carne habitara en las entrañas de toda carne. La humildad suya es nuestra nobleza, y su afrenta constituye nuestro honor. *Además del mismo autor en el libro IX entre otras cosas.* No conoce enteramente su vida, la ignora, el que no confiesa á Cristo Jesús como verdadero Dios y como verdadero hombre; y hay igual peligro en negar á Cristo Jesús ó al Espíritu Dios, ó la carne de nuestro cuerpo: pues dice: *Todo el que me confesare delante de los hombres, le confesaré yo también delante de mi Padre, que está en los cielos; y al que me negare delante de los hombres, le negaré yo también delante de mi Padre, que está en los cielos.* Esto hablaba el Verbo hecho car-

(2) To. 2. Ger. consecravit.

homo nascendo desineret, et homo rursus Deus manendo non esset. Haec itaque humanae beatitudinis fides vera est Deum et hominem praedicare, Verbum et carnem confiteri, neque Deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod Verbum sit. *Item ejusdem in eodem libro inter cetera:* Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo, et secundum plenitudinem temporum in semetipso pro-
 vecturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici sermonis modum tenuit, ut se Dei filium credi doceret, et hominis filium praedicari admo-
 neret, loquutus et gerens homo universa quae Dei sunt, loquens deinde et gerens Deus universa, quae hominis sunt; ita tamen ut in ipso illo utriusque generis sermonem numquam nisi cum signifi-
 catione et hominis loquutus et Dei sit. *Item alio loco in eodem libello inter cetera:* Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes haereticis occasio est, ut quae ab eo secundum hominem dicta sunt dicta esse secundum naturae divinae infirmitatem men-
 tiantur; et quia unus atque idem est loquens omnia quae loquitur, de se ipso omnia eum loquutum esse contendat. Nec sanè negamus totum illum, qui ejus manet, naturae suae esse sermonem. Sed si Jesus Christus et homo et Deus est, et neque quum homo tum primùm Deus, neque quum homo tum non etiam et Deus, neque post hominem in Deo non totus homo, totus Deus, unum atque idem necesse est dictionum ejus sacramentum esse, quod generis. Et quum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum atque hominis dis-
 cerne sermonem. Et quum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta dijudica. Quum verò ex homine et Deo rursus totius hominis, totius jam Dei tempus intelligis, si quid illud ad demonstrationem ejus temporis dictum est, tempori coaptato quae dicta sunt: ut quum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo et Deus, aliud sit post hominem et Deum totus homo, et totus Deus; non confundas temporibus et generibus dispensationis sacramentum quum pro qualitate generum, ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium jam aeterno. Nostri igitur causa haec omnia Jesus Christus manens, et corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturae nostrae loquutus est, non tamen omittens naturae suae esse, quod Deus est. Nam tametsi in partu et passione et morte naturae nostrae rem peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturae suae gessit. Et reliqua. *Item alio loco in eodem libro inter cetera:* Videsne ita Deum et hominem praedicari, ut mors homini, Deo verò carnis excitatio deputetur; non tamen ut alius sit qui mortuus est, et alius sit per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro Christus est mortuus, et rursus Christum a mortuis excitans, idem Christus est carne se expolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in

ne, y el hombre Jesucristo, Señor de la magestad, lo enseñaba, convertido en mediador por esto mismo para la salvacion de la Iglesia, y existiendo á causa del mismo sacramento mediador entre Dios y los hombres, siendo entre ambas cosas una sola; porque él mismo es una é idéntica cosa por las naturalezas unidas en sí en las propiedades de ambas, pero de manera que no carezca de ninguna de las dos en entrambas, no fuera que dejara de ser Dios, naciendo hombre, y dejara de ser hombre, permaneciendo Dios. Esta es pues la fé verdadera de la humana bienaventuranza, predicarle Dios y hombre y confesarle Verbo y carne; no dejar de conocer á Dios, porque es hombre, ni tampoco á la carne, porque es el Verbo. *Del mismo escritor en el referido libro entre otras cosas:* Nacido pues el unigénito Dios, hombre de una vírgen, y segun la plenitud de los tiempos habiendo de convertirse en Dios hombre, se sujetó en un todo á la letra evangélica, enseñando que era creído Hijo de Dios, y amonestando que se le predicára Hijo del hombre, hablando y haciendo el hombre todas las cosas que son de Dios, y hablando despues y haciendo Dios todas las cosas que pertenecen al hombre; pero de modo que en el mismo lenguaje de ambos géneros, jamás habló palabras, sino con la significacion de hombre y de Dios. *El mismo en otro pasage en el citado libro, entre otras cosas.* Esto dió motivo á los hereges para engañar á los sencillos é ignorantes, diciendo falsamente que lo que dijo con relacion á la humanidad, se dijo con respecto á la flaqueza de la naturaleza divina; y porque uno é idéntico es el que habla todas las cosas que habla, afirman que todo lo habló de sí mismo. Y no negamos que todas aquellas palabras aludan á su naturaleza que permanece de él. Pero si Jesucristo es hombre y Dios, y en cuanto hombre no fue en su principio Dios, ni despues de hombre es todavia Dios: luego diremos que despues de ser hombre no existe aun hombre completo en Dios, completo Dios, por lo que es necesario decir que uno é idéntico de los dichos es su sacramento, el mismo que el del género. Y haciendo diferencia en él segun el tiempo de hombre á Dios, habrá tambien que hacer diferencia en el hablar, de cuando se le considera Dios, á cuando se le confiesa hombre: y concediendo que en un tiempo dado es Dios y hombre, es preciso hacer diferencia en el tiempo entre Dios y hombre; y si se ha dicho alguna cosa para demostrar tal tiempo, se apropia al tiempo lo dicho; de modo que siendo distinto Dios antes de ser hombre, distinto Dios y hombre á la vez; todo hombre y Dios completo será posterior á hombre y á Dios; no debes confundir el sacramento de la redencion en los tiempos y géneros, puesto que en atencion á los géneros y naturalezas es necesario que se hubiera hablado de distinta manera en el sacramento del hombre con el que no habia nacido,

morte cognosce. Et quum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Jesum eum memento esse, qui utrumque est. *Item post pauca.* Haec igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturae formam tractari in Domino Jesu Christo meminissemus, quia qui manens in forma Dei formam servi suscepit, ipse divinitatem nequaquam amisit.

Sancti Athanasii Alexandrinae ecclesiae episcopi et confessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum: Quomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur christiani, si Dominus, qui ex Maria virgine processit, filius quidem (*Deus quidem ex*) substantia et natura est Dei; id verò, quod est secundum carnem, ex semine David est, et carne sanctae Mariae?

Sancti Ambrosii episcopi et confessoris Mediolanensis ecclesiae, quod misit ad imperatorem Gratianum de libro secundo de fide, inter cetera: Unde illud quod lectum est Dominum majestatis crucifixum esse, non quasi in majestate sua crucifixum putemus, sed quia idem Deus, idem homo, per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo, Jesus Christus Dominus majestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturae, id est humanae atque divinae, in natura hominis subiit passionem, ut indiscretè et Dominus majestatis dicatur esse qui passus est, et Filius hominis, sicut scriptum est, qui descendit de coelo. *Item alio loco in eodem libro inter cetera:* Sileant igitur inanes de sermonibus quaestiones, quia regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasionem verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus distinctionem divinitatis et carnis. Unus in utroque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est, et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones.

que con el que estaba á punto de morir, que con el eterno. Permaneciendo pues todas estas cosas Jesucristo por causa nuestra, y nacido hombre como nosotros, habló segun costumbre de nuestra naturaleza, pero sin omitir el ser de la suya propia que es Dios. Pues aunque en el parto, en la passion y en la muerte haya sido igual á nuestra naturaleza; sin embargo hizo todas estas mismas cosas por virtud de su naturaleza, etc. *El mismo en otro pasage del dicho libro entre otras cosas:* Ves pues que se dice Dios y hombre, pero de modo que la muerte se aplica al hombre y la resurreccion de la carne á Dios; mas no para que se diga que es distinto el que murió, y otro por virtud del cual resucitó. Cristo pues murió despojado de la carne, y volviendo á resucitar de entre los muertos al mismo Cristo, es el mismo Cristo el que se despoja de la carne. Entiende la naturaleza de Dios en la virtud de la resurreccion, y conoce la dispensacion de hombre en la muerte. Y habiéndose verificado ambas cosas por sus naturalezas; sin embargo es preciso tener presente que hay un solo Cristo Jesus; el cual es ambas cosas. *El mismo poco despues:* En pocas palabras debí demostrar estas cosas, para que tuviéramos presente que la forma de ambas naturalezas se contenia en el Señor Jesucristo; porque aquel que permaneciendo en la forma de Dios recibió la forma de siervo, él mismo no perdió de modo alguno la divinidad.

De San Atanasio, obispo y confesor de la iglesia de Alejandria en la epístola dirigida al obispo de los corintios, Epicteto: ¿Cómo pues se atrevieron á dudar los que se llaman cristianos de que el Señor que nació de la Virgen María es Hijo de Dios por esencia y naturaleza, puesto que lo que es segun la carne, procede de la descendencia de David y de la carne de Santa María?

De San Ambrosio, obispo y confesor de la iglesia de Milan en la epístola al emperador Graciano, en el libro II de la fé, entre otras cosas: No debemos juzgar que lo que se escribió, manifestando que el Señor de la magestad fué crucificado, ha de entenderse literalmente, como si hubiera sido en su magestad; sino porque él mismo es Dios y hombre, Dios por la divinidad, y hombre por haber tomado carne, se dice que fué crucificado Jesucristo, Señor de la magestad, porque participa de ambas naturalezas, esto es, de la humana y de la divina. En la humana padeciò, de modo que se dirá indiscretamente que el Señor de la magestad padeciò, y tambien que el Hijo del hombre, segun se escribió, *el que bajó del cielo.* *El mismo en otro pasage del referido libro, entre otras cosas:* No se hable mas de cuestiones necias, porque el reino de Dios, segun está escrito, no consiste en la persuasion de la palabra, sino en la manifestacion de la virtud. Hagamos distincion entre la divinidad y la carne. Un solo Hijo de Dios habla en ambas, porque en el

Quasi Deus loquitur quae sunt divina, quia Verbum est; quasi homo dicit quae sunt humana, quia in ea substantia loquebatur. *Item ejusdem in libro de Incarnatione Domini contra Apollinaristas*: Sed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini dicant, et divinitatem unius naturae. ¿Quae tantum sacrilegium inferna vomuerunt? Jam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiae robur adolescit, ut majore contentione asserant Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unius non esse substantiae, quia isti divinitatem Domini et carnem substantiae unius dicere tentaverunt. *Item infra*: Et hi mihi frequenter Nicaeni concilii tractatum se tenere commemorant. Sed in illo tractatu Patres nostri non carnem, sed Dei Verbum unius substantiae cum Patre esse dixerunt; et Verbum quidem ex paterna procesisse substantia; carnem autem ex virgine esse confessi sunt. ¿Quomodo igitur Nicaeni concilii nomen obtenditur, et nova inducuntur, quae nunquam nostri sensere majores? et reliqua. *Item ejusdem ad Sabinum (Irenensem) episcopum, inter cetera*: Unde pulchrè Apostolus ejusdem verbi repetitione usus est, dicens de Domino Jesu Christo: *Quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens*. Quid est in forma Dei nisi in plenitudine deitatis in illa perfectionis divinae expressione? Ergo quum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se et accepit plenitudinem naturae et perfectionis humanae. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. Unde et David dicit: *Speciosus forma prae filiis hominum*. Concluditur Apollinarista, nec quo se vertat habet: suis clauditur retibus. Ipse enim dixerat, formam servi accepit, non servus loquutus est. Iterum ergo interrogo: ¿Quid est in forma Dei? Rerpondit: In natura Dei. Sunt enim, ait Apostolus, qui non sunt natura dii. Quaero, quid sit formam servi accipiens? sine dubio perfectionem naturae et conditionis, ut dixi, humanae, ut esset in hominum similitudine. Et pulchrè non carnis sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem est: sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Unde et propheta ait: et homo est, et quis cognoscit eum? homo secundum carnem, sed ultra hominem divina operatione. Denique quum leprosum tangeret, homo videbatur, sed ultra hominem quum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quasi homo flebat; sed supra hominem erat quum mortuum vinctum juberet pedibus exire. Homo videbatur quum penderet in cruce; sed supra hominem, quum reseratis tumulis mortuos suscitaret.

mismo existen las dos naturalezas; y aunque uno mismo habla, no lo hace siempre de una manera. Entiende pues en él unas veces la gloria de Dios, y otras las pasiones de los hombres: como Dios, habla lenguaje divino, porque es el Verbo; y como hombre, habla lenguaje humano, porque hablaba en aquella misma sustancia. *Del mismo escritor en el libro de la Encarnacion del Señor en contra de los apollinaristas*: Pero mientras reprendemos á estos nacen otros que dicen, que la carne del Señor y la divinidad son de una misma naturaleza. ¿Y qué infiernos vomitaron tan gran sacrilegio? Son pues mas tolerables los arrianos, cuya perfidia se aumenta por estos; pues afirman con mayor tenacidad que el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo no son de una misma sustancia, porque estos sostuvieron que la divinidad del Señor y su carne eran de una misma sustancia. *El mismo mas abajo*: Y estos me aseguran con frecuencia que observan el símbolo de Nicea. Pero en él nuestros Padres no dijeron que la carne era de la misma sustancia que el Padre, sino el Verbo de Dios; y confesaron que este procedió de la sustancia del Padre, y que la carne dimanó de la Virgen. ¿Cómo pues se alega el concilio de Nicea, y se introducen novedades que jamas admitieron nuestros mayores? etc. *El mismo en la epístola al obispo Sabino, entre otras cosas*: Por lo que rectamente el Apóstol usó de la repeticion de la misma palabra, diciendo del Señor Jesucristo: *Que estando en la forma de Dios no tuvo por usurpacion ser igual á Dios, sino que se anonadó á sí mismo, tomando la forma de siervo*. ¿Y qué es en la forma de Dios, sino en la plenitud de la divinidad, en aquella espresion de la perfeccion divina? Luego existiendo en la plenitud de la divinidad, se rebajó, y recibió la plenitud de la naturaleza y de la perfeccion humana; y así como nada faltaba para Dios, tampoco para el complemento de hombre, á fin de que fuera perfecto en ambas formas. Por lo cual dice David: *mas hermoso que los hijos de los hombres*. Se confunde el apollinarista, ni tiene por donde echarse, porque queda cogido en sus redes. El mismo pues habia dicho, tomó la forma de siervo, habló el que no era siervo. Por segunda vez preguntó, ¿qué es en la forma de Dios? respondió, en la naturaleza de Dios; pues, como dice el Apóstol, *hay quienes no son dioses por naturaleza*. ¿Preguntó, qué es recibiendo la forma de siervo? Sin duda alguna la perfeccion de la naturaleza, y, como he dicho, de la condicion humana, para que fuera en semejanza de los hombres. Y con razon dijo, semejanza, no de la carne, sino de los hombres, porque es en la misma carne; pero porque era el único que no tenia pecados, pues todos los hombres los tienen, era visto en la especie de hombres. Por eso dijo el Profeta: *Y es hombre, y ¿quién le conoce?* hombre segun la carne; pero mas que hombre por la operacion divina. Finalmente, cuando tocaba al

Sancti Augustini episcopi Hipponensis ecclesiae ad Dardanum inter cetera: Noli itaque dubitare ibi nunc esse hominem Christum, unde venturus est, memoriterque recale, et fideliter tene christianam confessionem, quoniam resurrexit a mortuis, ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris, nec aliunde quam inde venturus est ad vivos et mortuos judicandos, (*et sic venturus est illa*) illa angelica voce testante, quemadmodum est ire visus in coelum, id est in eadem forma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. *Item ejusdem in epistola ad Volusianum (3) inter cetera:* Nunc verò ita inter Deum et homines mediator apparuit, ut in unitate personae copulans utramque naturam et solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret. *Item ejusdem in expositione evangelii secundum Joannem inter cetera:* Quid igitur, heretice; quum Christus sit Deus et homo, loquitur ut homo; et calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam: ¿Tu in illo audes deformare divinam? *Et iterum infra:* Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua aequalis est Patri, humanam, qua major est Pater: utrumque autem simul, non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas, non trinitas Deus, Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus Deus et homo. Ac per hoc Christus est Deus anima rationalis et caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Jesus; sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Jesus, sed in forma servi. *Item cujus supra:* Quis non est derelictus in inferno? Christus Jesus; sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo jacuit in sepulchro? Christus Jesus, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus: verum haec omnia non duo, vel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dixit: *Si diligeretis me gauderetis utique, quia vado ad Patrem;* quoniam naturae humanae gratulandum est eo quod sic assumpta est a verbo unigenito, ut (4) immortalis constitueretur in coelo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris.

(3) Ex reliquis praeter Aly. in quo: Valerianum.

leproso, parecia hombre; y mas que hombre, cuando le purificó: y cuando lloraba la muerte de Lázaro, lloraba al muerto, como hombre; pero era mas que hombre, cuando estando atado de pies le mandó que paseara. Hombre parecia cuando estaba pendiente en la cruz; pero mas que hombre, cuando abiertos los sepulcros resucitó á los muertos.

